Nos magister Andreas, officialis Valentinus, notum facimus universis quod ad nos accedens Petrus Giraudi, clericus, presentavit nobis ex parte viri nobilis dom' Silvionis de Clariaco militis et ejus mandato, ut dicebat, quandam litteram patentem, duobus sigillis cereis pendentibus communitam, per litteras sonantes A B C D E F G partitam, ut superficie superiori ipsius littere continetur, non cancellatam, non abolitam nec in aliqua parte sui viciatam, petens a nobis ipsam litteram fieri de verbo ad verbum transcribi et publicari, et ejus transumpto apponi sigillum curie Valentine; cujus quidem tenor est iste qui subsequitur : « Noverint... XC° J° ». Factum est presens transcriptum die veneris post festum beati Mathei apostoli, anno Domini M°. CC°. LXX° secundo. In cujus rei testimonium nos dictus officialis presenti transcripto sigillum curie Valentine jussimus apponendum.

Original parch. avec trace de sceau sur lemnisque; au dos : *Transonto di concessione di Beatrice duchessa di Borgogna a Guglielmo abbate di Clareu, del castello di Rocca di Glom in feudo.* — Transcription du XVIII° siècle, d'après le registre (de la Chambre des comptes de Dauph.) coté *VIus Liber copiarum Viennesii et Valentinesii* GG, cah. 48, dans le VII° regist. ms. de VALBONNAIS, à l'an 1111. — Cff. CHORIER, *Hist. de Dauph.*, II, 77; DE GALLIER, *Essai hist. sur la bar. de Clérieu*, ch. I. Béatrix, fille du dauphin Guigues V, épousa en secondes noces Hugues III, duc de Bourgogne, dont elle eût Guigues-André; Guillaume de Clérieu, dit l'abbé, feudataire de la dauphine pour la Roche-de-Glun, était fils de Silvion II et neveu d'autre Guillaume, abbé de St-Félix de Valence.

2. *Nig...?* — 3. V. *Mailes.* — 4. V. *Rocha.* — V. *Rois.* — 6. *Charam...* — 7. V. *Drodo.* — 8. V. *admon...* — 9. V. *et infra.* — 10. V. *fuerunt.* — 11. V. *M.C.XI.*

III

CARTA DOM' VMBERTI ARCHIEPISCOPI VIENNENSIS SUPER COMPOSITIONE FACTA INTER DOM. AN(DREAM) DALPHINUM ET UXOREM EJUS [1].

5 septembre 1215.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.XV, mense septembri, tercia die ante festum Nativitatis beate Marie, Ego Andreas, dictus Delphinus, comes Viennensis et Albeonensis, dono et assigno Beatrici quondam uxori mee, a me tamen Ecclesie judicio separate, furnum de Moras et partem meam furni de Sancto Donato, sub eisdem pactis, conditionibus et obligationibus

sub quibus sibi fuerant assignata castrum de Montbonout et castrum de Revel cum apenditiis eorum, et mille solidi quos in pedagiis meis debebat percipere annuatim; pro illis tamen mille solidis quos remisit nec debet decetero percipere, predictum furnum de Moras et partem furni de Sancto Donato ei assigno sub conditionibus pretauxatis; ita tamen quod usque ad festum beati Michaelis proximo venturum prefatum furnum de Moras et partem furni de Sancto Donato ab omni alio inpedimento ei debeo liberare; furnum tamen de Moras tenebit ab ipsa ille qui conduxit usque ad terminum sibi constitutum, et ipsa a predicto festo sancti Michaelis in antea proventus utriusque furni percipiet: finito autem tempore locationis supradicte furni de Moras, ipsa furnum alii locabit vel sibi, si ei placuerit, retinebit; quia vero mille solidos annuatim usque ad hoc tempus de pedagiis per quatuor annos debuerat percipere, pro duobus mille et quingentis solidis qui adhuc ei debebantur et pro XIIII libris et X solidis quos homines mei de redditibus de Montbonout post assignationem eidem Beatrici factam habuerant, C. libras Viennensis monete ei reddo, quarum medietatem me ei soluturum in proximis nundinis Gratianopolis promitto, aliam medietatem in primis nundinis de Romanis. Et omnia predicta, scilicet castrum de Montbonout, castrum de Revel, cum apenditiis eorum, et furnos, eidem Beatrici ad honorem et utilitatem ejus secundum formam pretauxatam me bona fide defendere et conservare promitto; et si forte in supradictis aliquando aliquam injuriam intulero et commonitus non emendavero, dominus archiepiscopus Viennensis debet me et terram meam usque ad sufficientem satisfationem de illata injuria per censuram ecclesiasticam cohercere: quod ad preces meas se facturum promisit, et omnia supradicta scripta sigilli sui debet munimine roborare. Actum apud castrum Albeonis, ante ecclesiam, sub testimonio dom[1] Humb(erti) Viennensis archiepiscopi et B(ernardi) Ebredunensis archiepiscopi, Odonis Alemanni lo don, Petri de Arenis sacriste Viennensis, Aynardi de Bardonischa. Ad perpetuam autem et plenam hujus negotii firmitatem, hanc cartam, quam vim publici instrumenti habere volo, eidem Beatrici trado sigilli mei inpressione munitam.

1. Expédition contemporaine (1215) aux arch. de la Préfect. de l'Isère :

Humbertus, Dei miseratione sancte Viennensis ecclesie archiepiscopus, omnibus in PerPetuum. Dignum est et juri conveniens ut que coram nobis fiunt, perpetua stabi(li)tate firmentur. Nos igitur compositionem quandam, que nuper inter nobilem virum comitem Delphinum et Beatricem quondam uxorem suam in nostra presentia intercessit, quam etiam si idem comes frangeret vel minus bene servaret promisimus comitisse, ad preces comitis, ipsum et terram suam usque ad sufficientem satisfactionem per censuram ecclesiasticam cohercere, sicut in instrumento sigillo comitis signato continetur, verbo ad verbum presentibus duximus inserendam : « Anno... munitam ». Ad pleniorem igitur fidem et tocius negocii firmitatem, nos hanc cartam vim publici instrumenti obtinentem sigilli nostri fecimus inpressione muniri. Datum per manum Petri de Arenis cancellarii nostri.

Original parch. avec trace de sceau sur lanière de cuir à double queue; au dos : *Littera concessionis et donationis facte per dom. Andream dalphinum Viennensem dom*

[redacted]

Beatrici ejus uxori de castro Montisbonodi et furno Morassii et furno Sancti Donati, puis : *Reg(istrata) est, iterum registrata.* — C'est le n° 167 de l'*Invent.* — Cff. Chorier, *Hist. de Dauph.*, I, 804 et 866, II, 98; Charvet, *Hist. de Vien.*, 383. Guigues-André épousa Béatrix de Claustral, en 1202, puis la répudia sous prétexte de parenté. L'archevêque de Vienne, Humbert II, mourut le 19 novembre 1215.

IV

Carta de reddicione domus episcopalis, vacante sede [1].

1221.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, anno M°.CC°.XXI° Incarnationis ejusdem. Noverint presentes et futuri quod dominus Delphinus, comes Albonii et Vienne palacii, mortuo domino P(etro) de Saxino, bone memorie Gratianopolitano episcopo, ingressus ejusdem ecclesie capitulum, presentibus venerabilibus D(esiderio) Diensi episcopo et S(ofredo) abbate Sancti Theofredi, consensu et sano consilio nobilium virorum suorum et hominum Aemari de Cassenatico, Odoni Alamanni, Radulphi de Vado et quorumdam aliorum, dimisit et reliquid in manu domini P(etri) decani Gratianopolitani, Deo et beate Marie et ecclesie Gratianopolis, per se et successores suos in perpetuum, presente ipsius ecclesie capitulo, quicquid juris se credebat vel dicebatur habere in domo episcopali seu in rebus suis, in civitate aut extra civitatem, vacante episcopatu, et etiam si aliquid injûriose in hoc posset facere seu presumere penitus dereliquid. Et ut firmiter istud perpetuum observetur, presens instrumentum sigilli sui et sigillorum venerabilium dictorum Diensis episcopi et abbatis Sancti Theofredi fecit numinime roborari. — Dictus propterea decanus et totum capitulum dimiserunt domino Delphino injuriam quam dicebatur fecisse in occupatione memorate domus episcopalis.

1. *Original* parch., avec traces de trois sceaux pendants à des lacs de soie rouge sur double queue, aux arch. de l'évêché de Grenoble, sous la cote A.XCIX et I.A. — *Vidimus* du 14 juin 1429, délivré par « Jacobus de Godabla, in legibus licenciatus, baquellarius in decretis, prior Sancte Aguathe Uticensis dyocesis, officialis Gracionopolis », qui déclare expédier « litteras per bone memorie condam dom. Dalphinum, comitem Alboni et Vienne palacii, tribus sigillis impendentibus cum cordula cirici rubey sigillatas, videl. sigillis ipsius dom. Dalphini, dd. episcopi Dyensis et abbatis Sancti Theoffredi... », en original aux mêmes archives, cotes A.CCLXXV et I A*bis*. — Cette charte (n° 34 de l'*Invent.*) sert à rectifier la liste des évêques de Grenoble donnée par M. Hauréau (*Gallia Christ.*, XVI, 241), en la ramenant à celle du cardinal Le Camus, que nous avons publiée (*Bull. de l'Acad. Delph.*, 3° sér., III, 371). Chorier avait mentionné Pierre de Seyssins et mis sa mort en 1221, sans doute d'après cette ch.; le card. Le Camus l'a placée en 1220, donnant à cet évêque pour successeur un Guillaume chartreux, qui serait mort cette même année et aurait été remplacé par Soffroy, celui qui paraît dans cet acte comme abbé de Saint-Chaffre. Ce document n'est pas le seul qui montre les Dauphins s'attribuant une sorte de *régale* pendant la vacance du siége épiscopal de Grenoble.

[redacted]

V

(CONCESSIO WILLELMI DE AVALONE OBERTO MARESCALCO)[1].

Mai 1229.

Anno Dominice Incarnationis M. CC. XXVIIII, mense maio, Gregorio nono papa, Frederico Romano inperatore existentibus, ego Villelmus de Avalone dono tibi Oberto, domini Dalphini marescalco, bona fide prout melius et sanius potest intelligi, omnia que habeo a lacu Finenc usque ad pontem de Visilia, sive consistant in hominibus, censibus, mistralia, proprietatibus aut in quibuslibet aliis : dono, inquam, sub censu annuo quinque solidorum et pro investitura quater XX. librarum, quam investituram mihi a te fuisse solutam in integrum confiteor, renuncians exceptioni non numerate et non solute pecunie, doli et in factum, certioratus supradicta pluris fore, et omni alii juri canonico et civili super hoc facto et specialiter legi dicenti quod non valet renunciatio generalis, promittens tibi super premissis omnibus de evictione. Ego vero Obertus supradictus, considerans liberalitatem quam erga me in hiis exhibes, Villelme supradicte, in continenti tibi promitto ut supradicta omnia tibi restituam aut heredibus tuis vel fratri tuo Petro, quandocumque aliquis vestrum mihi aut heredibus meis restituerit quater viginti libras supradictas; supradicta autem omnia me observaturum et contra per me aut per aliquem non venturum, ego Villelmus predictus super Dei Evangelia juro tibi Oberto superius nominato. Ego vero Dalphinus, comes Vienne et Albonii, supradictos contractus factos super rebus mei dominii laudo, approbo et concedo, et ad majorem etiam horum firmitatem, rogatu dictorum Villelmi et Oberti, feci presentem cartam sigilli mei munimine roborari. Acta sunt hec Grationopoli, in curia prioratus Sancti Laurentii, testibus presentibus Berillone de Castro Novo, Uguone ecclesie Sancti Andree Grationopolis preposito, Villelmo de Bosco, Eustachio priore Sancti Martini de Miseriaco, Raimondo monacho, magistro Pontio et Villelmo Cornillon. Nos autem Sofredus, Grationopolitane ecclesie episcopus, in cujus presentia facta sunt supradicta, precibus utriusque partis presentem paginam fecimus sigilli nostri munimine communiri :

1. *Original* parch., avec traces de deux sceaux dont la 1re attache (tresse verte et jaune), aux Archives de l'Isère; au dos : *Litere continentes donationem factam per Villelmum de Avalone dom° Oberto marescalco domi Dalphini de omnibus que habebat a lacu Finenc usque ad pontem Visilie.*

VI

(Carta concessionis Guigonis delphini Oberto Aurucio marescalco)[1].

8 mars 1244.

Anno Domini mill'o ducent' quadrag' quarto, indictione secunda, VIIJ. idus marcii, domino Frederico imperatore regnante, in presentia testium infrascriptorum, dominus Guigo delphinus, Vienne et Albonis comes, promisit et juravit, tactis sacrosanctis Evangeliis, pro se et suis heredibus tenere et servare Oberto Aurucio marescalco et ejus heredibus imperpetuum, irrevocabiliter, bona fide donationem et concessionem quam eidem marescalco fecerat, de bastia sita sub foramine Rostain, in loco qui dicitur Cugnz Girauz, cum omni tenemento culto et inculto, superius et inferius inter duas aquas, et cum hominibus etiam ibidem existentibus, et pertinentiis et redditibus pertinentibus ad ipsam bastiam, sicut continetur in literis datis et concessis prefato marescalco ad ipso dom' Guigone delphino; renuncians dictus dom. G. delphinus beneficio minoris etatis, doli et in factum et in integrum restitutionis. Actum apud boscum de les Ayes, in domo dicti marescalci, ubi interfuerunt testes vocati et rogati : Amblardus de Torana, Ysoardetus, Petrus Auruncii, milites, Villelmus Chabous, notarius publicus, Stephanus Rufi, camerarius dicti domi Guigonis delphini.

✝ Ego Petrus Villelmi, notarius sacri palacii, his interfui et hanc cartam rogatus complevi feliciter, et prefatus dom. G. delphinus, ad majorem fidem et firmitatem perpetuo habendam, eandem fecit sui sigilli munimine in testimonium communiri.

1. Original parch., avec trace de sceau pendant sur cordon à double queue, aux archives de l'évêché de Grenoble; au dos : *Non facit pro ecclesia : licet ecclesia non nominatur, potuit fieri ut jus sibi competat alio modo.*

VII

Pro vinea Lantelmi Gago X. sol. de placito[1].

22 mars 1244.

Anno Domini Mill'o CC' XL. quarto, XI. kalendas aprilis, indicione secunda, dom' Frederico imperatore regnante, in presentia infrascript. testium, dominus Guigo delphinus, Vienne et Albonis comes, dedit et concessit pro investitura mille solidorum Viennens. et pro decem solidis de placito, pro se et suis heredibus seu successoribus imperpetuum Bertrando de Engelas militi et ejus heredibus sive successoribus unam vineam que quondam

[redacted]

fuerat Lantelmi Gago, devolutam ad ipsum et ad manum ipsius redactam, sitam apud Corvum in loco ubi dicitur al Roure, juxta vineam de claustro et juxta vineam Lamberti Gago, de qua vinea dictus dom. G. delphinus investivit ipsum Bertrandum et in possessionem posuit et induxit, et eam ipsi B. et ejus heredibus defendere et amparare promisit bona fide de jure ab omni homine et persona; et de investitura dixit et asseruit sibi plene satisfactum fuisse, renuncians.... Pro qua vinea idem B. et ejus heredes debent ipsi dom° G. delphino et ejus successoribus facere et reddere decem solid. de placito sive plaideamento, in mutatione domini et possessoris. Actum apud Grationopolim, in domo Villelmi Grassi, coram dom^a Beatrice comitissa, matre ipsius dom^i G. delphini; testes interfuerunt vocati et rogati : dom. Odo Alamandi, dom. Disderius de Cassenatico, dom. Petrus de Morgis, dom. Odo de Rupe, dom. Obertus Aurucius marescalcus, Beto de Pauta, Villelmus de Turre, Vincencius camerarius, Guigo de Saxino, Guigo de Croseto et alii quam plures.

✝ Ego Petrus Villelmi, notarius sacri palacii, hiis interfui et hanc cartam rogatus complevi feliciter, et dom. G. delphinus, ad majorem et meliorem firmitatem perpetuo de predictis habendam, eandem fecit sui sigilli munimine communiri.

1. *Original* parch., avec trace de sceau sur cordon blanc à double queue, aux Archives de l'Isère; au dos ce titre : *Retencio Lantermi Guig.* (!) *de Corvo, de quadam vinea ibidem sita*, et cette note : *De hoc habetur mencio in prima margine compoti Carni anni M CCCC XXX.*

VIII

Donacio domus fortis de Montebonodo facta Wmo de Ravenna[1].

28 novembre 1246.

Noverint universi presentem paginam inspecturi quod Nos Guigo Delphinus, Vienne et Albonis comes, donamus et concedimus per nos et nostros heredes sive successores dilecto et fideli nostro Willelmo de Ravenna et ejus heredibus imperpetuum domum nostram de Monte Bonoldo et chââllaniam ejusdem castri et mandamenti, habendam et tenendam ac perpetuo possidendam vel quasi, et mille solidos Viennen. censuales annuatim reddendos et assignandos in hominibus et redditibus nostris ibidem et homines, qui ipsos redditus quos eidem Willelmo assignabimus debent, sibi donamus cum redditibus mille solid. predict.; de aliis vero redditibus et juribus nostris que ibi preter hec habemus, dict. Willelmus et sui heredes sicut castellani nostri debent nobis et nostris successoribus fideliter respondere. De qua

[redacted]

quidem domo et chaallania dict. Willelmum investimus et in possessionem inducimus vel quasi, concedentes eidem quod in dicto castro et mandamento et alibi per totum comitatum nostrum possit acquirere et emere possessiones et redditus ab omnibus in nostris feudis et dominiis, salvis usagiis nostris. Ipse vero propter hec nobis fecit homagium ligium et fidelitatem, et in domo possimus venire et descendere sicut ante consueveramus. Actum apud Albonem, IIII. kalendas decembris, anno Domini M. CC. XLVI, assistentibus nobis Aymaro domino de Annonai, Rogerio de Clayriaco domino de Rupe, Bertrando de Engelas cambarlenco, Guichardo de Condriaco, Soffrido Flota milite, Audeberto domino de Castro Novo, Guigone de Sancto Donato, Philipo Chaucipot, Petro Willelmi notario nostro et Nesparron de Bras, milite et socio dicti Wmi de Ravenna. In cujus rei memoriam presentem paginam fecimus nostri munimine roborari ad habendam perpetuam firmitatem sigilli.

1. *Original* parch., avec trace de sceau sur fils de soie jaune parsemée de rouge, aux Archives de l'Isère; au dos : *Litera continens quod dom. Guigo dalphinus dedit Wmo de Ravenna domum suam de Montebonodo et chaâllaniam ejusdem castri; similis est ejusdem tenoris.* — Expédition du 25 janvier 1260 (n. st.), parch. avec trace de sceau sur lemnisque, aux mêmes archives; prise sur le précédent, comme le prouve le mot final *sigilli* ajouté après coup dans l'original et reproduit à la même place dans la copie.

IX

(Confirmatio imperialis comitatus Vapincensis et Ebredunensis)[1].

Juin 1247.

Fr(edericus), Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. — Benemeritis Cesarem providere fidelibus, si gratie plenitudo suadeat servitiorum, quodammodo gratitudo compellit ut, dum fidelium grata remunerantur obsequia, fiant quasi per debitum gratiora. Per presens itaque privilegium notum facimus universis imperii nostri fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes fidem puram et devotionem sinceram quam Wigo dalphinus, comes Viennensis et Albonensis, dilectus consanguineus et fidelis noster, erga majestatem nostram habet, considerantes quoque grata servitia que majestati nostre semper exhibuit et exhibere poterit in futurum, ad supplicationem suam quam ad exauditionis gratiam clementer admisimus, comitatum Vapincensem[2] et Ebredunensem, quem justo emptionis titulo tenere se dicit, ac omnia alia bona sua que in presentiarum juste tenet et possidet et in antea rationabiliter poterit adipisci, sibi de nostra gratia confirmamus; de habundantiori quoque gratia nostra, qua benemeritos fideles nostros clementia nostra prosequi consuevit, allodia

tam in predicto Vapincensi[2] et Ebredunensi quam in Viennensi et Albonensi ac Grationopolitanensi comitatibus constituta, eidem Wigoni dalphino et heredibus suis, in fide et devotione nostra persistentibus, duximus concedenda : ut tamen comitatus et allodia supradicta a nobis et imperio teneat et etiam recognoscat, et proinde servire nobis et imperio teneatur. Ad hujus autem confirmationis et concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et aurea bulla typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

— Datum Lerii[3], anno Dominice Incarnationis M.CC.XL.VII, mense junii, v^a indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XXVII°, regni Jerusalem XXII°, regni vero Sicilie XLIX°, feliciter, amen.

1. Transcription du XIVe-XVe siècle dans le *Cartularium Delphinorum* (Biblioth. impér., ms lat. 9908), f° xiiij (n° 9 de notre *Notice*); à la fin : *Fuit facta collatio de presenti copia cum originalibus litteris, presente magistro Andrea Garcini, comp*(*utorum*) *auditore*. — Expédition (sur parch.) du 5 novemb. 1511 aux arch. de la Préfect. de l'Isère : « Auditores computorum dalphinalium, consiliarii dalphinales,... notum fieri volumus nos in dict. compotorum camera vidisse, tenuisse et de verbo ad verbum legi fecisse litteras sigillis aureis bullatas in dicta camera existentibus, per inclite recordacionis Fredericum imperatorem dom. Guigoni, dalphino Viennensi, concessas... Quas siquidem litteras, ad supplicacionem et instanciam procuratoris generalis Dalphinatus, pro juribus et interesse dalphinalibus exemplari et transumi fecimus, et... sigillum dict. compotorum present. duximus apponendum. Datum Gracionopoli, die V^a mens. novembris, anno Dom. M°V^cXI°. Per dict. dominos compotorum : BAUDET. » — Copie du XVIIe siècle (par Du Bouchet) dans le ms. *Cartulaire* de la biblioth. de SECOUSSE (n° 5968 du Catal. impr.), f° 37 v°. — Autre du XVIIIe dans FONTANIEU, *Hist. de Dauph.*, Preuv., t. II, p. 573 (n° 68 de notre *Notice*), d'après laquelle HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist. diplom. Freder. II*, t. VI, p. 542-3. — C'est le n° 115 de l'*Invent.*

2. C *Vapic...* — 3. B *Verii*, C *Lecii*.

X

CARTA PACTI AYMARI DE YSERONE[1].

13 mai 1248.

Ego Aymarus de Cassenatico, dominus de Yserone, promitto per stipulationem, ad sancta Dei Evangelia corporali prestito juramento, domino meo Guigoni delphino, Viennensi et Albonensi comiti, sollempniter stipulanti juvare ipsum fideliter de guerra virorum nobilium Aymari de Pictavia et Raymondi Berengarii, ac omnium aliorum guerram ei moventium vel facientium, ipsumque et suos reducere et receptare semper et quocienscumque eis placuerit in dicto castro de Yserone, et guerram et placitum facere de ipso castro contra omnes homines toto posse meo et contra predictos nobiles ac quoscumque alios, sine aliquo medio, pro ipso domino meo per

[redacted]

terram ac per aquam, et quod cum predictis nobilibus vel aliis de ipsis guerris pacem vel treugam vel aliquod respitum non faciam sine ipso domino meo vel ejus expresso mandato. Actum apud Gratianopolim, in domo Guigonis Zap, III. idus maii, anno Domini millo ducento XL.° octavo, presentibus testibus : Rogerio de Clayriaco, domino de Rupe, Amblardo de Torana milite, Borrello de Nerpon, Oliverio Rabastenc, militibus, et Petro Guillelmi notario dom° G. delphini. In cujus rei memoriam presentem paginam feci meo sigillo roborari.

1. *Original* parch., avec trace de sceau sur tresse, aux archives de la Préfect. de l'Isère. — Voir les noms à l'*Index*.

XI

Carta recognicionis castri et villa Sancti Anthonii de Mota[1].

31 mai 1248.

Anno Domini millo ducento quadrag° octavo, pridie kalendas junii, indictione VIa, domino Innocentio papa IIIIto apud Lugdunum existente, Audebertus dominus de Castro Novo dedit, tradidit et reddidit quicquid habebat, tenebat et possidebat vel quasi in castro et in villa ac in mandamento Sancti Anthonii de Mota, domino Guigoni delphino, Viennensi et Albonis comiti, jure et ratione recognicionis majoris dominii; quo quidem castro et villa atque mandamento habitis et receptis ab ipso dom° G. delphino et ejus banneria superposita, eundem Audebertum de predictis castro, villa et mandamento idem dom. G. delphinus investivit et retinuit in recto et gentili feudo; quod castrum etiam jamdictus Audebertus et ejus successores debent habere et tenere simul cum villa et mandamento ab ipso comite et de ipso castro et villa pro eo et ejus successoribus facere guerram et placitum contra omnes homines quandocumque et quocienscumque fuerint requisiti, et ea debent et tenentur reddere comiti delphino semper in mutatione domini comitatus pro sui dominii recognicione; et si pro servanda honestate sua guerram nollent facere de ipso castro et villa, tunc debent ea reddere prefato comiti delphino qui, finita guerra sua, ea debet eis reddere et restituere absque ulla contradictione et sine deterioratione quinque solidorum facta a suis in castro et villa supradictis. Ceterum idem dom. Guigo delphinus et ejus successores debent et tenentur predictum feudum defendere et manutenere eidem Audeberto ejusque successoribus, ab omnibus quibus parati fuerint per cognicionem curie sue stare et parere juri, promittendo ei nichilominus quod in feudis et dominiis suis nichil possit acquirere absque voluntate ipsius Audeberti, et sicut dictus Audebertus tenetur predictum

[redacted]

castrum dom[e] G. delphino reddere requisitus pro utilitate sua, sic dictus dom. delphinus si necesse fuerit ipsi Audeberto illud recipere teneatur. Actum apud Sanctum Anthonium, in domo Helemosine, presentibus vocatis testibus et rogatis : Gratapalla et Rogerio, dominis de Clayriaco, Aymaro domino de Annonay, domino Odone de Rupe, Alamando de Corvo, Amblardo de Thorana, Oliverio Sancti Mauricii, Borrello de Nerpou, Rabastenc, Berlione Chapel, Petro Quintel, Falcone de Sancto Georgio, Chaberto de Clayriaco, Nantelmo Gironclo, militibus, et domino Bertrando de Engelas, cambarlenco, et Petro Guillelmi, notario domi[i] G. delphini, et Guillelmo Texore atque quam pluribus aliis. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem sepedictus Audebertus fecit presentem paginam suo sigillo communiri.

1. *Original* parch., avec trace de sceau sur lacs de soie rouge et jaune, aux archives de la Préfect. de l'Isère; au dos : *Reg(istrata) est.* — La Motte-Saint-Didier prit du patriarche des cénobites le nom de Saint-Antoine et devint, à la fin du XIII[e] siècle, une abbaye chef-d'ordre.

XII

Imperiale privilegium de III[c] unciis auri annualibus datis dom[o] Guigoni dalphino[1].

Novembre 1248.

Fr(edericus), Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes devotionis et fidei pure zelum quem Wigo dalphinus Viennensis, dilectus consanguineus et fidelis noster, habet erga majestatis nostre personam, considerantes quoque grata servitia que idem culmini nostro fideliter exhibuit hactenus, exhibet in presenti et exhibere poterit in antea gratiora, de annuo feudo trecentarum unciarum auri percipiendarum de camera nostra singulis annis in festo Resurrectionis Dominice sibi in fide et devotione nostra persistenti, de gratia nostra duximus providendum. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum per Nicolaum de Rocca, notarium et fidelem nostrum, scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Data Vercellis, per manus magistri Petri de Vinea, imperialis aule prothonotarii et regni Sicilie logothete, anno Dominice Incarnationis mill[o]io ducent[mo] quadrag[mo] octavo, mense novembris, septime indictionis.

1. *Vidimus* du 12 décemb. 1356 aux arch. de la Préfect. de l'Isère :

Universis... Arnaudus Riperie, licenciatus in legibus, judex major Graysivodani, fieri per presentes volumus manifestum quod nos vidimus, inspeximus et de verbo ad verbum legi fecimus coram nobis quandam patentem licteram ab inclite recordationis et domino dom. Friderico Dei gracia Romanorum imperatore emana-

[redacted]

tam, in pargameno scriptam ejusdemque magestatis sigillo more solito, ut prima facie apparebat, in cora albi coloris inpendenti in filis ciricis coloris rubei communitam..... Datum sub sigillo dicte curie in civitate Gracionopolitana, die XIJ mens. decemb., anno a Nativitate Domini M°.CCC°.L°.VI°. — Nos vero Johannes Quiblerii, officialis Grationopol., confitemur et testamur predict. imperialem licteram vidisse et inspexisse; in cujus rei testimonium... sigillum nostre curie duximus apponendum.

Parch. avec traces de 2 sceaux sur cordons vert et jaune; au dos : *Petatur confirmacio.* — Transcription du XIV-XV[e] siècle dans le *Cartularium Delphinorum* (Biblioth. impér., ms. lat. 9908), f° XV (n° 11 de notre *Notice*). — Autre du XVIII[e] dans FONTANIEU, *Hist. de Dauph.*, Preuv , t. II, p. 581 (n° 79 de notre *Notice*), d'après laquelle HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist. dipl. Freder. II*, t. VI, p. 665-6.

XIII

PRIVILEGIUM QUOD DOM. IMPERATOR DEDIT CAMERARIO DALPHINI XV. UNCIAS AURI QUOLIBET ANNO[1].

Novembre 1248.

Fr(edericus), Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes devotionis et fidei pure zelum quem camerarius Delphini Viennensis, dilecti consanguinei et fidelis nostri, habet erga majestatis nostre personam, considerantes quoque grata servicia que idem camerarius culmini nostro fideliter exhibuit hactenus[2], exhibet in presenti et exhibere poterit in antea graciora, de annuo feudo quindecim unciarum auri percipiendarum de camera nostra singulis annis in festo Resurrectionis Dominice sibi in fide et devotione nostra persistenti, de gratia nostra duximus providendum. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum per Raonet[um] de Capua, notarium et fidelem nostrum, scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Data Vercellis, per manus magistri Petri de Vinea, imperialis aule protonotarii et regni Sicilie logothete, anno Dominice Incarnationis mill'o ducentesimo quinquagesimo, mense novembris, septime indictionis.

1. *Original* parch. aux arch. de la Préfect. de l'Isère : 11 lig., trace de sceau sur une double queue de soie cramoisie, au repli : *Quindecim*, et au dos (*Reg*)*istrata est*. — Transcription du XIV-XV[e] siècle dans le *Cartul. Delphinorum* (Bibl. imp., ms. l. 9908), f° XVJ (n° 12 de notre *Notice*). — Autre du XVIII[e] dans le V[e] registre ms. de VALBONNAIS, n° 38 (Caisse de la généralité). — Autre postérieure dans FONTANIEU, *op. cit.*, Preuv. t. II, p. 585 (n° 80 de notre *Notice*), d'après laquelle HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist. dipl. Freder. II*, t. VI, p. 666-7.

2. L'original porte *hatcenus*.

[redacted]

XIV

(Carta redditionis castri de Rupe de Cleu a Silvione de Clariaco Guigoni dalphino)[1].

25 juillet 1262.

Anno Domini M°. CC°. LX°. secundo, indictione quinta, die mercurii post festum beate Marie Magdalene, cum dominus Guigo dalphinus, Viennensis et Albonis comes, requisivisset per nuncios suos a dom° Silvione de Clariaco, quod ipse Silvio redderet sibi castrum de Rupe de Cleu, secundum quod in quodam publico instrumento a me Jac. de Tollino not. confecto continetur; dicta die dict. dominus comes transmisit Petrum de Mota et Namtelmum Panerii milites, nomine suo, ad dictum castrum cum dicto dom. Silvione, pro segnoria[2] et dominio quod dictus dom. comes habebat in eodem castro; qui dictus Silvio, propria voluntate et non coactus, dictum castrum de Rupe eisdem militibus reddidit et tradidit, ipsis recipientibus nomine dicti domi comitis et ad opus ipsius.., in signum dominii et jurisdictionis ipsius domi comitis; et in dicto castro dicti milites custodes apposuerunt in turribus et forciis, clavibus sibi traditis a dicto dom° Silvione, et banneriam domini comitis in quadam turre castri apposuerunt. Testes fuerunt vocati et rogati : Aymarus de Alta Villa miles, Petrus de Alta Villa domicellus, Bosetus Pisere[3] et Bonetus filius ejus, Andreas de Ponne[4], Humbertus Quinczonis[5], Petrus Alardi, Guillelmus Alardi et Guigo filius ejus, Johannes Viandi[6], Humbertus Peloudi, Stephanus Viandi, Johannes Giraudi, Johannes Bonivins, Coleudus Magnerii, Guillelmus Brunus. Actum apud castrum de Rupe de Cleu, juxta granarium domi Silvionis, coram supradictis testibus specialiter vocatis et rogatis.

Ego Jacobus de Tollino, publicus notarius, interfui et[7] rogatus a dom° Silvione hanc cartam scripsi et tradidi et signo proprio signavi.

1. Deux *originaux* différents aux Archives de la Préfect. de l'Isère. Notre texte a pour base le plus correct, dont copie dans le VII° registre ms. de Valbonnais, à l'an 1262 (Caisse de Saint-Marcellin).

2. Var. *signeria*. — 3. V. *Pilete*. — 4. V. *Ponte*. — 5. V. *Quironis*. — 6. V. *Viardi et plures alii. Verumtamen dictus dom. Silvio de Clariaco dixit predictis militibus quod ipse reddebat castrum de Rupe dictis militibus tali modo quod bone pactiones et conventiones que sunt inter dom. Silvionem et dom. comitem Vienne et Albonis sunt salve omni tempore. Actum ap. Rupem de Cleu...* — 7. V. *de mandato et rogatu dict. militum et de voluntate dom' Silvionis hanc* (sic) *omnia scripsi...*

[redacted]

XV

Testamentum domini Guigonis dalphini[1].

17 juillet 1264.

✝ Premisso venerabili signo sancte Crucis : In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Guigo dalphinus, Viennensis et Albonis comes, per Dei gratiam in bono statu mentis et corporis constitutus, testamentum meum per nuncupationem sive ultimam voluntatem meam facio, et de bonis meis ordino et dispono prout in sequentibus declaratur. In primis instituo heredem mihi filiam meam Annam in omnibus bonis meis, exceptis illis que in hac pagina aliis legabo seu mortis causa donabo; si autem contingeret heredem meam predictam decedere infra pubertatem, quod Deus avertat, substituo ei aliam filiam meam, si haberem eam postumam vel jam natam vel nascituram; et si contingeret quod uxor mea pregnans sit ad presens vel pariat in futurum et habeat de me legitimum filium, illum heredem instituo in omnibus bonis meis eo modo quod supradixi, qui maritet filiam meam jam predictam prout decet, vel postumam vel nascituram vel nascituras; si autem contingeret me plures filios habere de legitima uxore mea, primogenitum mihi heredem instituo in omnibus bonis meis eo modo quo supra, et alius filius vel alii filii sit clericus vel sint clerici, et cuilibet clerico lego unum castrum cum redditibus valentibus centum marchas, ad vitam ipsorum tantummodo, et in obitu suo possit dare quilibet pro anima sua quinquaginta libras; si autem filium haberem heredem, ille maritet filiam meam vel filias meas honorabiliter sicut decet; si autem heredem masculum non haberem, set unicam filiam, illa sit heres; si autem plures filias habeam, prima sit heres et illa maritet alias vel aliam; quecumque autem decesserit infra pubertatem, succedat alia et sic de aliis filiabus. Si autem omnes decedant infra pubertatem, substituo eis heredem Hugonem ducem Burgundie, si vixerit, sin autem, majorem filium suum quicumque tunc major etate fuerit; si autem modo filius ducis Burgundie decederet sine filio legitimo, substituo sibi heredem Johannem fratrem suum si viveret, sin autem, alium filium vel alios filios ducis per ordinem. Sepulturam meam eligo in ciminterio Prati Mollis et lego dicto monasterio, pro III. sacerdotibus ibi tenendis, vigintiquinque libras censuales; si autem dictos tres sacerdotes non tenerent cum aliis sacerdotibus qui sunt ibi, tunc lego dicto monasterio tantum XX. libras censuales, que XX. libre vel XXV. predicte reddantur et assignentur in mandamento de Visilia per heredem meum. Item lego C. marchas argenti ecclesie Sancti Andree Grationopolis, de quibus emantur redditus censuales qui assignentur II. sacerdotibus qui ibi celebrent pro anima mea et parentum meorum; et precipio quod ea que reliquit eidem ecclesie pater meus sive

mater mea vel matertera mea Margareta vel domina duchissa avia mea que ego non complevero, ab herede meo compleantur plenarie et perfecte. Item lego Fratribus Predicatoribus de Lugduno XXX. libras; item Predicatoribus de Valentia XXX. libras: et rogo ut amniversarium meum faciant annuatim; item Fratribus Minoribus Grationopolis XX. libras; item Fratribus Minoribus de Moyrenco XX. libras; item Fratribus Minoribus de Romanis XX. libras; item Fratribus Minoribus Anoniaci XX. libras; item Fratribus Minoribus de Vienna XX. libras: et rogo ut singulis annis faciant anniversarium meum. Item lego domui Cartusie quinquaginta libras pro II. anniversariis faciendis; item domui Excubiarum XXX. libras; item domui Vallis Sancti Hugonis XXX. libras; item domui Vallis Sancte Marie XXX. libras; item domui de Silva Benedicta XXX. libras; item monasterio Bonarum Vallium XXX. libras : et volo quod omnes supradicti singulis annis faciant anniversarium meum; item monialibus Vallis Brissiaci XXX. libras pro I. aniversario; item domui Marnantis XXX. libras; item monialibus Sancti Pauli XXX. libras pro anniversario; item domui Permenie XXX. libras pro anniversario; item monasterio Sancti Valerii XXV. libras; item prioratui Sancti Anthonii XX. libras pro anniversario; item contractis ejusdem loci volo quod dividantur XV. libre et eis reddantur; item monasterio Sancti Roberti Cornilionis XXV. libras pro anniversario, et volo quod illud quod legavit eis Aymarus de Yseran reddatur eis; item ecclesie Beate Marie Grationopolis L. libras pro anniversario meo acquirendo et faciendo; item monasterio Sancti Laurentii Grationopolis XV. libras pro anniversario; item monasterio Sancti Martini de Miseriaco XV. libras pro anniversario; item monasterio Calesii XX. libras pro anniversario; item sanctimonialibus de Ayis XXX. libras pro anniversario; item monasterio de Domena XXV. libras pro anniversario; item monasterio de Visilia X. libras; item monasterio Vallis Navigii X. libras; item domui leprosarum de Levata X. libras; item monasterio de Conessa X. libras pro anniversario; item monasterio de Mura XV. libras pro anniversario; item monasterio Ulciensi quinquaginta libras pro II. anniversariis; item domui helemosine de Mura C. solidos; item hospitali de Ponte Quarali X. libras, et dono eidem atque remitto census quos pro suis terris mihi faciebat; item monasterio Belli Montis XV. libras pro anniversario; item monasterio de Garda X. libras; item monasterio Sancti Laurentii de Lacu X. libras pro anniversario; item sanctimonialibus de Commers XV. libras pro anniversario; item monasterio de Comerio XV. libras pro anniversario; item monasterio de Vorapio X. libras pro anniversario; item monasterio Sancti Johannis Grationopolis X. libras pro anniversario; item domui helemosine Grationopolis X. libras et dividantur pauperibus manuatim; item domui helemosine de Plantatis X. libras; item mulieribus penitentibus Grationopolis XX. libras; item hospitali Jherosolimitano L. libras et equum meum et arma corporis mei atque equi; item domui

[redacted]

milicie Templi ejusdem loci L. libras; item hospitali Vallis Bonesii X. libras pro anniversario; item monasterio Sancti Michaelis de Clusa XX. libras pro anniversario; item monasterio de Synardo X. libras pro anniversario; item domui hospitalis de Visilia C. solidos; item monasterio Sancti Donati XX. libras pro anniversario; item sanctimonialibus de Bitumine XXV. libras pro anniversario; item monasterio de Vivo X. libras pro anniversario. Item do lego V. solidos unicuique sacerdotum qui intererunt sepulture mee; item do lego V. solidos unicuique sacerdotum qui intererunt synodo Gratianopolis proxime post obitum meum. Item sexaginta domibus leprosorum comitatus mei, unicuique lego V. solidos. Item volo et precipio quod helemosina generalis fiat pro me Gratianopolis, in qua cuilibet pauperi ibi venienti III. denarii erogentur; item id iddem et eodem modo fiat apud Visiliam et apud Muram. Item precipio ut ab herede meo annuatim usque ad quinque annos fiant XXX. tunice Fratribus Predicatoribus et totidem Fratribus Minoribus et LXa aliis pauperibus. Item precipio quod XX. virginibus pauperibus maritandis cuilibet de meo X. libre dentur in dotem atque plenarie persolvantur. Item precipio XL. calices argenti fieri, quorum quilibet sit marche argenti, et dentur pauperibus ecclesiis ubi non sit calix de argento. Item volo et precipio quod ultra mare pro remedio anime mee transmittantur X. milites ab herede meo et cuilibet ipsorum dentur C. libre pro expensis. Item volo et precipio quod Beatrix uxor mea sit tutrix filie mee Anne sive liberorum meorum, et regat et gubernet eam vel eos et totam terram meam et comitatum meum, cum consilio tamen et assensu ac voluntate domini Hugonis ducis Burgundie vel filii sui primi si predictus Hugo non superviveret, et debita et clamores et legata et helemosinas meas reddat et pacificet, et testamentum patris mei et matris mee et amicte mee condam comitisse Sabaudie plenarie compleat et attendat infra V. annos post obitum meum proxime numerandos; predictam vero tutelam et administrationem rerum mearum dicta uxor mea habeat quamdiu sine marito erit et religionem non intraverit: si autem contingeret ipsam nubere vel religionem intrare, concedo et do tutelam filie mee Anne vel liberorum meorum et administrationem bonorum meorum predicto Hugoni duci Burgundie vel filio suo primogenito si ipse non superviveret, qui omnia supradicta universa et singula infra predictum tempus adimplere teneatur. Item volo et precipio quod si predicta B. uxor mea cum liberis meis morari noluerit, predictus Hugo dux Burgundie vel filius suus primogenitus assignet sibi in terra mea mille libras censuales ad vitam suam percipiendas, et castra sibi adsignet in quibus predictas mille libras censuales percipiat, que tamen castra non sint in esponderiis terre mee; volo tamen et precipio quod predicte M. libre cens. et castra post obitum predicte B. uxoris mee ad heredem meum integre et sine contradictione revertantur. Item volo et precipio quod per executores meos quos inferius nominabo tota mea familia honorifice de bonis meis mobilibus remu-

[redacted]

neretur. Super predictis autem universis et singulis observandis et adimplendis infra tempus quinquennii honero predictam uxorem meam et heredem meum vel heredes meos et illum qui tutelam et administrationem bonorum meorum haberet, et super exsequendis premissis ordino et constituo venerabiles patres meos et dominos archiepiscopum Viennensem et episcopum Gratianopolitanum exsecutores et pro anima mea commissarios, quibus in dicta exsecutione adjungo prepositum ecclesie Sancti Andree Gratianopolis, rogans et supplicans eisdem ut ad utilitatem comitatus mei et in salutem anime mee istud honus debeant suscipere et hec omnia fideliter adimplere. Item volo et precipio quod hoc testamentum nuncupativum littura vel transpositura dictionis vel emendatura sive cancellatura in modo aliquo alio non valeat reprobari, sed firmum maneat atque stabile quoad heredis institutionem et substitutionem vel substitutiones et quoad omnia alia supradicta, nisi per codicillum vel codicillos aliqua ex predictis contingeret me mutare vel addere sive emendare. Supradicta valere volo jure testamenti noncupativi, quo jure si valere non poterunt vel valebunt, volo ut valeant jure codicillorum vel jure cujuslibet alterius ultime voluntatis; et si aliquam aliam ultimam voluntatem ordinavi, illam retracto, revoco et enervo. Illud autem quod superius dixi de filia mea maritanda vel filiabus meis maritandis ab herede mea vel ab herede meo, intelligo et volo et precipio quod quelibet illarum que maritaretur habeat in dotem tria milia marcharum argenti, et in hiis ipsam vel ipsas heredem vel heredes mihi instituo et de hiis volo ipsam vel ipsas contentari vel contentas esse. Anna tamen, si contingeret ipsam maritari a fratre suo filio meo legitimo, volo quod habeat in dotem quatuor milia marcharum argenti, et in hiis ipsam in heredem tunc instituo et volo quod de hiis sit tunc contenta. Actum apud Bellum Visum, anno Domini M°. CC°. LXIIIJ°, XVJ. kalendas augusti, in domo mea.

Ego Guigo dalphinus, Viennensis et Albonis comes, hoc testamentum feci et vocavi testes infra scriptos ut super hoc ferrent testimonium, et rogavi ut sigilla sua apponerent nominaque sua scriberent seu scribi facerent, et rogavi Stephanum scriptorem meum quod pro me scriberet.

Ego Guillelmus, prepositus Sancti Andree Gratianopolis, huic testamento fui vocatus et rogatus testis, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi et signum posui V.

Ego Girinus de Condriaco, miles, huic testamento interfui testis vocatus et rogatus, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi.

Ego Raymundus de Torent, miles, huic testamento interfui vocatus et rogatus testis, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi.

Ego Arnulphus de Anoniaco, miles, huic testamento interfui vocatus et rogatus testis, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi.

Ego Guillelmus Sybueus, miles, junior huic testamento interfui vocatus et rogatus testis, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi.

[redacted]

Ego magister Gilbertus de Chaelons, medicus domine comitisse, huic testamento interfui vocatus et rogatus testis, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi.

Ego Thomas, cappellanus domine comitisse, huic testamento interfui vocatus et rogatus testis, et subscribi feci et sigillo meo sigillavi.

1. *Original* en vélin, communiqué par M. P.-É. Giraud, coté *Licteră tercia—generalis*, nº 35; le texte a 30 lig. 1/4, non compris les attestations des témoins qui sont inscrites sur le dos, les cinq premières dans le sens de la hauteur, les trois autres dans celui de la largeur. L'acte porte la trace de 32 sceaux disposés sur ses quatre côtés : 10 en haut et en bas, 6 à droite et à gauche; leur présence ne saurait être mise en doute, car il reste l'attache de parchemin d'un sceau qui ne correspond à aucune signature et en outre la plupart portent la trace d'une incision destinée à les enlever. Au XIVe siècle on a écrit au dos : *Non contempnatur*, avec cette note : « Dictus dom. Dalphinus fecit post dictum testamentum aliud testamentatum, et de legatis factis in ipso testamento ultimo domui Prati Mollis dicta domus habuit aceptamentum, ut declaratur in camera Dalphin. computorum per producta in eadem pro parte dicte domus. » Le testament postérieur de Guigues VII, auquel cette note fait allusion, est daté du 27 juin 1267; il a été publié en 1721 par le président Valbonnais, *Hist. de Dauph.*, t. II, p. 3-9 (Bréquigny, VI, 511), et en 1856 par M. Wurstemberger, *Peter der zweite*, t. IV, p. 407 (Rég. genevois, 1015); il n'en était pas moins utile à tout point de vue de mettre au jour le premier qui, à notre connaissance, n'a jamais été signalé. Il sert à prouver qu'à la date du 17 juil. 1264 le dauphin Jean Ier n'était pas né; ce prince n'avait donc pas atteint sa 18e année quand il mourut, à Bonneville, le 24 septembre 1282 (*Rég. genevois*, 1184), ayant fait, le 21, un testament très-succinct dont nous avons retrouvé l'original et qui paraîtra parmi les documents joints à l'*Histoire de Savoie* de M. V. de Saint-Genis.

XVI

(Salvagardia Beatricis comitisse pro domo Biscoduni)[1].

5 octobre 1272.

Nos B(eatrix), Vienne et Albonis comitissa ac domina Fucigniaci, notum facimus universis presentem litteram inspecturis seu etiam audituris quod nos, circunspecto et considerato affectu dilectionis sincere quam inclite recordacionis dominus G(uigo) delphinus, vir noster karissimus, quoad vixit erga piam et religiosam domum de Biscondono habuit, ipsam domum cum rebus suis universis et hominibus dicte domus cum bonis eorundem, pro nobis et liberis nostris quorum tutelam gerimus accipimus, et tenere volumus in sincera, salva et secura protectione sive garda ; precipientes districte ballivo et judici ceterisque bajulis nostris de Vapincesio et de Ebredunesio, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, ut dictam domum cum rebus suis omnibus, hominibus, bonis et juribus eorundem, tanquam personam nostram et res nostras proprias, ad jus et justiciam manuteneant, protegant, custodiant et deffendant ; protestantes etiam, si quis temerarius violator ausu nephario, quod absit, contra hujusmodi protectionem seu gardam in aliquo venire

presumpserit, statim iram et indignationem nostram se sentiat incursurum. In cujus rei testimonium et ad majorem rei constantiam, presenti littere sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Visilie, die mercurii post festum sancti Michaelis, anno Domini M°. CC°. LXX°. secundo.

1. Transcription du XVII° siècle à la biblioth. de Carpentras (Mss. Peiresc, reg. LXXVI, t. I, p. 435), avec cette note : « Membranæ ex loris adpensa sigilli fragmenta, in cujus altera parte clypeus in quo delphin cernitur, in altera castrum tribus turribus fastigiatum, deficiente inscriptione. » — Voir, sur l'abbaye de Boscodon ou Bodon (Hautes-Alpes), la *Notice* de M. l'abbé Isnard (*Bull. de la Soc. d'arch. de la Drôme*).

APPENDICE

A l'Inventaire des Archives des Dauphins en 1277.

Cité par Valbonnais (*Hist. de Dauph.*, t. II, p. 622 a) et mentionné par M. Pilot dans sa Notice sur les séries A et B des archives départementales de l'Isère (*Inventaire-Sommaire*, p. 22-3), ce document avait été transcrit en 1346 à la fin de l'Inventaire des titres du Graisivaudan qui fut fait à cette époque. Il occupe les ff. Cvj-VI^{xx}xj r° du *Registrum instromentorum et literarum Graysivaudani* +, sous ce titre : « Copia cujusdam rotuli pergamenei continentis inventarium quorumdam instrumentorum repertorum in armario retro altare Sancti Andree, que nunc debent esse in archivis domini ». Bien que cette transcription ne témoigne pas de beaucoup d'intelligence de la part du copiste, nous avons cru devoir y noter les variantes qui suivent : ll. 2 *sexta*, 5 *li. et pr. in.*, 9 etc. *Beatrisie Vienn. et Albon*; nn. 2 *feudi*, 3 *Montclous* (Montclus, c. de Serres, H.-A.), 4 etc. *Guigonis dalph.*, 5 *recognicionum*, 6 *Mellone*, 8 *Petri de P.*, 9 *Lant..*, *Avanczone*, 12 *Reynaudo de Mellone*, 16 *de Moyr.*, 18 *Argen.*, *Annonaco*, 20 *Humb.*, *Guarda*, 21 *Saix.*, 23 *Guigo de B. et a filiis suis*, 25 *sed*, 26 *domini*, 27 *Rayc.*, 28 omit. *recognitionis*, etc. *Vapin.*, 29 *Ba. et Ri.*, 33 *Ancel.*, 36 *Carieria*, 38 *Lantel. de Pe.*, 41 etc. *Ruppe*, 46 *Tervie*, 47 *Disd.*, 50 *Rusfisllo*, 55 *Amlio*, 65 *tresc.*, 71 *de Verchi*, 72 *Autrav.*, 75 *Beat.*, 76 *Mancier*, 79 etc. *Cassan.*, *Rav.*, 80 *abbassia*, 81 *h. q. h.*, 86 *Pamier*, 88 *Betz.*, 91 *Lenczo de Ponte*, 93 etc. *Russill.*, 100 *segn.*, 122 *Vil.*, 124 etc. *dalphinum*, 125 *Motalmo*, *Brossio*, 126 etc. *Eym.*, 132 *L. de Camb.*, 137 *Silvionis*, 138 *habitar.*, 141 *Mont Jay*, 160 *Bocone*, 161 *Andream*, 166 *Ober.*, 179 *Oses*, 183 *treugue*, 188 *V^{c}*, 193 *Alam.*, 206 *Canp.*, 211 *Gal.*, 213 *Montalis*, 215 *gardia*, 220 *Petrum A.*, 223 *Faraus*, 215 *Aynardi*, 226 *Petri Y.*, 244 *Curesii*, 247 *Berengarii*, 252 *Mantallia*, 259

principis Aurayce et ejus uxoris, item quedam instrumenta super facto dom[i] H(umberti) dalphini condam et ducis Burgondie super concordia facta inter eos super terra de Revermos et super jure quod dicebat se habere in Dalphinatu ; item instrumentum domini de Chambone super homagio ipsius pro terra de Alvernia, et quedam alia instrumenta et littere prout plenius in presenti registro describuntur.

In nomine Domini, amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo quadragesimo sexto, die decima mensis madii, fuit inceptum presens registrum de omnibus et singulis privilegiis, instrumentis et licteris de quibus mencio supra habetur, et de quibusdam aliis repertis in quibusdam scofinis in revesterio Sancti Andree Gracionopolis consistentibus, per nobiles et circumspectos viros ddom. Stephanum de Ruffo militem, legum doctorem, judicem majorem hospicii dalphinalis et tocius Dalphinatus, et Raimundum Falavelli jurisperitum, consiliarios dalphinales, comissarios in hac parte a reverendo in Xpisto patre dom° Henrico de Vilariis, Dei gratia archiepiscopo et comite Lugdunensi lucumque tenente domini nostri H(umberti) dalphini Viennensis.

Nota quod domini canonici Sancti Andree Gracionopolis debent adhuc habere omnia ista documenta prout supra notatur.

In primis reperitur in dictis privilegiis imperatorum concessorum (*leg.* c-sis) domino nostro dalphino et ejus predecessoribus, quoddam privilegium concessum dudum dom° Guigoni dalphino per Fredericum Romanorum imperatorem ac Jherusalem et Cecilie regem, sub anno Dominice Incarnationis M° CC° XLVII°, mense julii, quinte indictionis, bullatum inpendenti (in) cerico rubeo bulla aurea ipsius imperatoris, continens quod dictus dom. imperator confirmavit dicto dom. dalphino comitatus Vapincesii et Ebredunesii a(c)quisitos per dictum dom. dalphinum titulo emptionis, ac alia bona que tenebat et possidebat idem dalphinus justo titulo, et eidem dalphino et heredibus suis idem dom. imperator concessit alodia ubique in dictis comitatibus Vapincesii et Ebredunesii, et etiam in comitatibus Viennesii et Albonis ac Gracionopolis, ita quod predictos comitatus et alodia predicta teneret ab ipso imperatore et recognosceret se tenere ab eodem.

[redacted]

2. Item, quoddam privilegium concessum per dom. Fredericum imperatorem Raimundo de Medullione, scriptum anno Dñice Incarnationis M°C.LXXVIIJ°, indict. xiª, anno regni ejus(dem) imperatoris xxvij°, imperii autem xxiiii°, bullatum in pendenti in cerico rubeo bulla aurea ipsius imperatoris, continens quod idem dom. imperator dicto Raimundo de Medullione, cu(i) successit dominus Dalphinus, confirmavit quicquid possidebat per se vel per alium in feudum seu alodium in toto imperio et quicquid posset aquirere in futurum, et personam ipsius retinebat in servitio ipsius imperatoris et eidem concedebat quod dominium seu juridictio nulli concedetur in ipsum Raimundum vel suos homines.

3. Item, quoddam privilegium concessum per Fredericum imperatorem dom° Guigoni dalphino, scriptum anno Dñice Incarnat. M°CC. XXXVIIJ°, mense aprilis, xiª indict., imperante dom° nostro Frederico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jherusalem et Cecilie rege, imperii ejus anno xviii°, regni Jherusalem xiii°, regni vero Cecilie xl°, feliciter amen, et datum apud Thaurinum anno, mense et indict. prescriptis, sigillatum in pendenti in filo cerici rubei cera alba sigillo magno ipsius imperatoris ; in quo privilegio idem imperator concessit dicto dom. G(uigoni) argenti fodinam que est in potestate Rame, cum omni utilitate que inde posset provenire, et quod possit cudere monetam apud Sesanam, et etiam confirmavit dom° dalphino quoddam privilegium divi augusti imperatoris concessum dicto dalphino super predictis, ut in ipsis privilegiis continetur, et eidem dalphino concessit quod non posset compelli ad recipiendum justiciam nisi coram ipso imperatore.

4. Item, quodd. privilegium concessum per Fredericum imperatorem domino nostro dalphino Guigoni, scriptum in territorio Tusculano, nonas julii, anno Dñice Incarnat. M°C.L.V°, indict. iiiª, imperante Frederico Romanorum imperatore inclitissimo, anno imperii ejus i°, regni iiii°, bullatum cera alba in fine ipsius privilegii quadam magna bulla infixa et famata in pelle pergaminea ipsius privilegii, continens quod idem dom. imperator dedit dicto dom. dalphino argenti fodinam de Rama, in archiepiscopatu Ebredunensi, et concessit eidem dalphino quod possit cudere monetam ubicunque voluerit in suo Dalphinatu.

5. Item, quodd. privilegium concessum per Albertum Dei gratia Romanorum imperatorem semper augustum dom° Humberto dalphino

[redacted]

et Johanni ejus filio, scriptum et datum apud Cafusam IIa kalend. junii, indict. III, anno Domini M°IIIcV, regni vero ipsius anno VII°, sigillatum in pendenti cerico rubeo et viridi magna bulla ipsius regis, continens quod idem dom. rex univit terram Turris Dalphinatui, et privilegia et jura Dalphinatus et quibus gaudet Dalphinatus concessit terre Turris, et eam voluit uti quamdiu erit unita Dalphinatui.

6. Item, quodd. privilegium concessum per Albertum Dei gratia Romanorum regem dom° Humberto dalphino, scriptum IIIIa kalend. junii, indict. IIIa, anno Dñi M°CCC° V°, regni vero ipsius anno VII°, sigillatum in pendenti in cerico rubeo et viridi cera alba quodam magno sigillo, continens confirmationem privilegiorum et libertatum olim concessarum Dalphinatui, et specialiter de officio senescallie Ar(e)latensis.

7. Item, quodd. privilegium concessum per Hanricum Dei gratia Romanorum regem dom° Johanni dalphino, scriptum Constancie III° kalend. junii, anno Dñi M°CCC°IX°, regni ipsius anno I°, sigillatum in pendenti in corigiis pergamineis cera alba sigillo magestatis ipsius, continens confirmacionem factam per dictum imperatorem de omnibus privilegiis Dalphinatus.

8. Item quodd. privilegium concessum per Fredericum imperatorem dom° Guigoni dalphino, scriptum anno Dñice Incarnat. M°C.L.V, indict. IIIIa, anno vero regni ejus III°, sigillatum in fine ipsius privilegii sigillo magestatis ipsius imperatoris infixo in pelle ipsius privilegii, continens quod idem imperator concessit dicto dom. dalphino argenti fodinam de Rama et quod possit cudere monetam apud Cesanam.

9. Item, quodd. privilegium concessum per Fredericum Romanorum regem dom° Beatrici, filie condam Guillelmi marchionis Montisferrati, et Guigoni dalphino filio ipsius domr Beatricis, scriptum apud Albam anno Dñice Incarnat. M°CC.XXXVIII°, mense maio, XI indicc., sigillatum in pendenti sigillo ipsius imperatoris, continens quod idem dom. dalphinus in comitatu Viennensi ubicunque voluerit possit levare XII [1] denarios Viennenses pro pedagio pro quolibet trosello seu saumata transeunte per dictum comitatum.

10. Item, quodd. privilegium concessum per Fredericum Romanorum imperatorem dom° Humberto, domino de Turre de Pino,

1 *On avait mis d'abord* X

scriptum Palme anno Dñice Incarnat. M°II^cXLV, mense septembris, IIII indit., sigillatum in pendenti in cerico rubeo et croceo sigillo magestatis ipsius imperatoris, continens quod confirmabat pedagium de Turre ipsi domino de Turre et eidem concedebat de novo quod dictum pedagium levare posset, videl. III solidos et II denarios.

11. Item, quodd. privilegium concessum per imperatorem Henricum dom° Guidoni Dalphino, domino Montisalbani, scriptum III° kalend. septembris, anno Dñi M°III^cX°, regni ipsius anno II°, sigillatum in pendenti sigillo magestatis ipsius, continens quod idem imperator concessit dicto dom. Guidoni pedagium in castro de Nihoniis vel in castro de Mollanis, videl. VI denar. pro homine, XII pro animali et III solid. pro cadriga.

12. Item, quodd. privilegium emanatum ab excellenti imperatore Alberto ejusque sigillo cereo in pendenti sigillatum, sub anno Dñi M°CCC°V°, continens in effectu quod idem dom. imperator dedit in feudum dom° Johanni dalphino bone memorie castrum de Arayka, cum ejus juribus et pertinentiis, in feudum.

13. Item, quod. aliud privilegium sigillatum in pendenti sigillo serenissimi regis Karoli, Dei gratia Ungarie regis, scriptum sub anno Dñi M°CCC°XVII°, regni autem ipsius similiter anno XVII°, continens postulacionem et requisicionem benigne factam per dictum dom. regem illustri principi dom. Johanni dalphino Viennensi, de uno filiorum suorum ut ipsum in regno suo provideret.

14. Item, quod. aliud privilegium a serenissimo imperatore Fredelico emanatum ejusque vero sigillo cereo in pendenti sigillatum, scriptum per Nicholaum de Rocca magestatis imperatorie notarium, sub anno Dñice Incarnac. M°CC°XLVIII°, mense novenbris, VIIe indit., continens in effectu quod ipse dom. imperator dedit dom° Guigoni dalphino condam de annuo feudo trescentarum unciarum auri percipiendarum de camera sua singulis amnis in festo Resurrexionis Dominice.

15. Item quod. aliud privilegium a serenissimo imperatore Alfonsio Romanorum rege semper augusto concesso (*leg.* c-sum) viro nobili Alberto de Turre domino, ut ad vitam suam sit dapifer ipsius, scriptum manu Guillelmi Martini notarii ejusdem dom. imperatoris, sub anno Dñi M°CC°(LVII°).

16. Item, quedam lictere ab illustrissimo imperatore Ludovico Dei gratia Romanorum rege emanata, sigillo ipsius in pendenti sigil-

lata, scripta sub anno Dñi M°CCC°XXXV°, continens quod dictus dom. imperator dominum nostrum Humbertum dalphinum Viennensem constituebat procuratorem in omnibus suis causis.

17. Item, qued. lictere a serenissimo Rudolpho Dei gratia Romanorum imperatore emanate sigilloque suo cera alba in pendenti sigillate, Vienne II° nonas junii, regni ipsius anno V°, continentes quod dicta magestas imperialis mandabat bayllivo et advocato Phiriburci et ceteris officialibus, ut archiepiscopum Viennensem et suam ecclesiam et dom. Humbertum de Turre et de Colongniaco, senescallum suum regni Arelatenci, deffendent a quibuscumque personis sibi et eorum subiditis offendere volentibus.

18. Item, aliud privilegium ab illustrissimo imperatore Alberto, anno VI regni sui ejusque sigillo cereo in pendenti sigillatum, datum sub anno Dñi M°CCC°III°, VII° kalend. augusti, indict. I^a, continens quod idem dom. imperator laudavit, approbavit et ratificavit ac eciam confirmavit dom° Humberto, dalphino Viennesii et Albonis comiti dominoque de Turre, omnia privilegia sibi et dalphinis Viennesii et Albonis comitibus dominisque de Turre, predecessoribus suis et eorum heredibus concessa ab inclite recordacionis dom° Rodulpho Romanorum rege et aliis regibus predecessoribus suis.

19. Item, quod. aliud privilegium ab imperiali magestate Rodulphi Dei gratia Romanorum regis semper augusti emanatum, anno ipsius regni XI° ejusque bulla cerea in pendenti sigillatum, continens quod ipsa regia magestas recepit in suam salvam guardam et conductum nobilem virum dom. Humbertum dalphinum eundo et redeundo ad eundem dom. imperatorem et stando in domo ipsius et redeundo ad domum propriam, sive reconsiliatus fuerit cum comitibus Burgondie et Sabaudie sive non.

20. Item, qued. lictera imperialis a dicto dom. Rodulfo imperatore emanata, anno Dñi M°CC. nonag° I°, continens quod ipse dom. imperator dedit dom° H(umberto) dalphino gardam et omnia jura que habebat in monasterio, villa et pertinenciis Sancti Eugendi Jurensis.

21. Item, quod. aliud privilegium per serenissimum Rudolfum Dei gratia Romanorum regem concessum ejusque sigillo in pendenti sigillatum, sub anno Dñi M°CC° optuag° IX°, IIII° idus maii, indic. II^a, regni vero ipsius XVI°, continens donacionem per ipsum dom. imperatorem factam spectabili viro dom. Humberto, dalphino Viennensi, de castro et feudo castri et pertinenciis de Montilio.

22. Item quod. aliud privilegium a magestate Fredelici imperatoris emanatum, in pendenti bulla cerea sigillatum, scriptum per Raonem de Capua notarium ipsius magestatis, sub anno Incarnac. Dñice M°CC°XL°, mense novembris, continens quod ipsa magestas dedit de feudo annuo camerario dom[1] dalphini Viennensis quindecim uncias auri percipiendas super sua camera annis singulis.

23. Item, qued. alie littere a magestate imperatoria, videl. Rodufo divina clemencia Romanorum rege, emanate ejusque magestatis sigillo cera alba inpendenti sigillate, sub anno Dñi M°CC° nonag°.I°, regni vero ipsius anno XVIII°, continentes quod ipsa imperatoria magestas concedebat et auctoritatem suam prestabat episcopo Valantinensi et Dyenci, principibus suis et nobilibus viris Humberto dalphino Viennensi et Albonis comiti cenescalloque suo in regno Arelatensi, et nobili matrone B(eatrici) domine Fucigniaci, Amedeo comiti Gebennensi et Aymaro de Pictavia et dom° Humberto de Vilariis, unionem facere et ipsam jussit, sollempni stipulacione et promissione in manibus serenitatis ipsius facta et corporali prestito juramento, et specialiter contra rebelles imperii ac mandatorum regalium contemptores et contra personas alias, cujusque status, condictionis aut dignitatis existant.

24. Item, qued. littere ad imperatoria magestate emanate ejusque magestatis sigillo in dorso cera alba sigillate, videl. Lugdovici Dei gratia Romanorum imperatore, die XXIII[a] mensis julii, regni ipsius anno XXIII°, imperii vero anno X°, continentes quod ipsa imperatoria magestas dom. Humbertum dalphinum Viennensem mandabat venire cum armis, una cum gentibus suis, ad juvamen ipsius magestatis et tuicionem imperii.

25. Item, quod. aliud privilegium ab imperatoria magestate Henrico imperatore Romanorum (emanatum) ejusque magestatis sigillo cera alba in pendenti sigillatum, continens quod ipsa imperatoria magestas mandabat illustri viro dom. Johanni dalphino Viennensi, quod ipse Robertum natum clare memorie Karoli II[i], tunc titulo Secilie regis fungentem, suis exigentibus culpis universis et singulis dignitatibus, auctoritatibus, libertatibus, inmunitatibus, privilegiis, provinciis, contractis, civitatibus, castris, terris, villis, feudis, vassallis, bonis, rebus, juribus et juridictionibus, quos, quas et que habebat vel quomodolibet possidebat, privaverat et omnes sibi astrictos in quantum eidem tenerentur absolvebat, et specialiter ipsi dalphino

[redacted]

mandabat quod ad omni vinculo fidelitatis et homagii, quo sibi causa quorumcumque castrorum, terrarum, locorum, jurium et juridictionum erat astrictus, esset penitus absolutus et de ipsis ipsi imperatorie magestati de cetero responderet.

26. Item, quod. aliud privilegium ab imperatoria magestate, videl. Fredeliquo Romanorum rege, emanatum ejusque sigillo in pargameno ipsius privilegii invixo, scriptum sub anno Dñice Incarnac. M°C.LV°, indic. v^a, anno imperii ejusdem III°, continens quod Berthoudus dominus Burgondie, in presencia dicti dom. imperatoris constitutus, donabat Guigoni dalphino quicquid juris habebat ex sucessione predecessorum suorum in civitate Vienne, continens eciam confirmacionem supradicti dom. imperatoris [1].

27. Item, quedam scriptura pargamenea, que condam plurimorum sigillorum fuit sigillata ut in ipsa scriptura legitur, scripta sub anno Domini M°CC.XXXVI°, IIII° nonas marcii, continens testamentum et ultimam voluntatem recolende memorie dom[i] Andree dalphini Viennensis, qui constituit suum heredem universalem dom. Guigonem filium suum.


28. Item, qued. lictera in pendenti sigillata sigillo inclite recordacionis dom^e Beatricis, duxisse et dalphine Viennensis, sub anno Dñi M°CC°XXVIII°, die festi beati Nicholay, continens testamentum et ultimam voluntatem dicte dom^e duchisse, que instituit sibi heredem dom. Andream dalphinum, filium suum, et eidem substituit dom. Guigonem filium ipsius dom. Andree.

DOMINI DE CHAMBONE.

29. Item, quoddam publicum instrumentum scriptum manu Humberti (Pilati) notarii publici, sub anno Dñi M°CCC°XLIII°, indict. XI^a, die XVII^a mensis decembris, continens quod cum illustris et magnificus princeps dom. Humbertus dalphinus Viennensis vendiderit et titulo vendicionis cesserit et concesserit viro (nobili) dom. Guillelmo Rogerii militi, domino de Chambone et de Sancto Exuperio, pro se et suis heredibus castra, castellanias, maneria, repparia, villas et loca vocata de Ponte Castri, de Vayra, de Montonio, de Sancto Marciali, de las Martras, de Lengiaco, de Brocolhia, de Albussonio, et generaliter omnia alia et singula que idem dom. dalphinus habebat, tenebat

1. *En marge* Usque hic, *c'est-à-dire qu'ici se terminent les privilèges.*

[redacted]



et possidebat in tota terra Alvernie, cum juribus et pertinentiis suis, et pro predictis idem dom. Guil[us] Rogerii confessus fuit et recognovit predicta omnia et singula sibi vendita per dictum dom. dalphinum, nec non et pedagium de Brollio se tenere et tenere velle et tenere debere ab ipso dom. dalphino et suis successoribus in et super hoc ab ipso causam habentibus in feudum, cum unico homagio dumtaxat et fidelitatis debito juramento ; pro ipsis omnibus et singulis venditis nec non et predicto pedagio de Brollio predict. homagium unicum fecit et prestitit dicto dom. dalphino, prout predicta et plura alia in ipso instrumento plenius continentur.

30. Item, quod. instrumentum factum per Johannem Nicoleti, sub anno Dñi M°CCC[mo]XXXV°, die XVI mensis aprilis, continens quod dom. Ludovicus junior, comes de Contingent, legatus a serenissimo principe dom. Ludovico Romanorum imperatore, dedit dom° Humberto dalphino, pro se et successoribus suis recipienti, regnum Vienne cum juribus et pertinenciis suis, et quicquid dom. imperator habebat et sibi competere poterat infra regnum predictum.

31. Item, quod. littera ab ipso imperatore Ludovico concessa anno Dñi M°CCC°XXXV°, continens quod ipse ratifficabat omnia pacta, convenciones et donaciones factas dom° Humberto dalphino per dom. Ludovicum juniorem, comitem de Octingent.

PRIVILEGIA IMPERATORIS KAROLI QUARTI.

32. Primo, privilegium imperiale concessum dom. Karolo dalphino Viennensi, per quod ipsum constituit vicarium generalem in toto Dalphinatu, pertinentiis et limitibus suis, tam in causis appellacionum quam aliis quibuscumque juribus et juridictionibus ad ipsum imperatorem spectantibus in eodem Dalphinatu, concessum (anno) M° CCC° LVII°.

33. Item privilegium aliud concessum eidem dom. dalphino super confirmatione monetarum et pedagiorum, concessum eodem anno.

34. Item, aliud privilegium concessum eidem dom. dalphino super confirmatione generali quorumcumque privilegiorum olim concessorum dom[is] dalphinis preteritis per Romanorum imperatores, concessum eodem anno.

35. Item, sunt ibi copie sub vidimus multorum privilegiorum imperalium.

36. Item, quoddam publicum instrumentum sigillatum in pendenti duobus magnis sigillis, videl. dom[i] Philippi Dei gratia Navarre regis et dom[i] Humberti dalphini Viennensis, scriptum anno Domini M°CCC°XXXV, indictione III[a], mensis augusti die XIX[a], signatum manibus Humberti Pilati, Bertrandi Salamonis et Richardi de Vesto,

[redacted]

continens tractatum et convenciones sponsaliorum et matrimonii contrahendi et contrahendorum per Andream, filium dicti dom. Humberti dalphini, et dom. Blancham, filiam dicti dom. regis Navarre.

37. Item, quodd. publicum instrumentum scriptum et signatum manu Chaberti Bastonis notarii, sub anno Dñi M^{o}CC^{o}XC^{o}III, indict. VI^a, VI° kalend. junii, duobus sigillis cereis in pendenti sigillatum, continens quictationem et absolutionem factas per dom. Amedeum comitem Sabaudie dom^o Humberto dalphino Viennensi, domino de Turre, de homagio in quo dicto comiti teneri dicebatur occasione baronie terre Turris, de Cologniaco et castro de Burgundio et quibusdam aliis castris et feudis que in dicto instrumento nominantur.

38. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Petri Grassi notarii publ., sub anno Nativitatis Dñi M^{o}CC^{o}XC^{o}VI°, mense madii, tribus sigillis, uno magno et duobus parvis, in pendenti sigillatum, continens matrimonium, contractum et dotis promissionem dudum contractum et factam inter Karolum II^{um}, regem Jherusalem et Cecilie, nomine dom^e Beatricis neptis ipsius regis filieque bone memorie incliti principis dom^i Karoli primogeniti ejus, Ungarie regis, et dom. Benevenutum de Compesio et dom. Johannem de Sancto Sabino, nomine dom^i Johannis dalphini.

39. Item, quod. vidimus confectum manu Mandoni de Aversano, sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XVIII°, die XX° octobris, I^e indict., continens vidimus et exemplum instrumenti dicti matrimonii et contracti inter dictum dom. dalphinum et dom. Beatricem superius registrati, et quandam literam super dote ipsius dom. Beatricis.

40. Item, quod. publicum instrumentum in gallico manu Theobaldi de Meldis notarii receptum, sub anno Dñi M^{o}III^{c}XXVIII°, die X^a mensis octobris, continens testamentum inclite dom^e Clemencie, regine Francie, in quo sibi heredem instituit dom. Humbertum dalphinum Viennensem, sub formis et condicionibus in ipso instrumento contentis.

41. Item, quod. publicum instrumentum manu Stephani de Dompno scriptum, sub anno Incarnat. Dni M^{o}CCC^{o}XXIII°, die martis post festum Penthecostes XVII^a die mensis madii, continens conventiones quasdam factas inter dom. Henricum Dalphini, nomine dom^i Guigonis ejus nepotis, ex una parte, et dom. Johannam reginam, super XXX^m librarum petitis per dictum dom. Henricum, et quasdam alias conventiones.

42. Item repertum est aliud instrumentum sigillatum in pendenti, continens testamentum dom^e Clemencie supra dicte, manu notarii nominati in ipso et sub anno quo supra.

43. Item, quodd. instrumentum confectum manu Johannis de Maffleco notarii publ., sub anno Incarnat. Dñice M°CC°XLVII°, die martis ante festum beate Marie Magdalenes, continens quod super questione dudum habita et vertente inter illustrem dom. Karolum filium regis Francie et dom. Beatricis (*leg.* B-cem) ejus uxorem, ex una parte, et dom. Guigonem dalphinum, ex altera, super terra et comitatu Vapincesii et omnibus que idem dom. dalphinus tenet in comitatu Forcalquerii, que omnia idem rex ad se asse(re)bat pertinere, extitit transactum quod idem dom. G(uigo) recognoscat omnia predicta que tenet infra terminos predictos teneri a dom° rege supradicto, et idem dom. rex et ejus uxor eumdem dom. Guigonem quictavit de premissis, et in quo instrumento quedam alia pacta et conventiones describuntur et narantur quas lungum esset enarrare, et sunt duobus sigillis in cerico rubeo sigillate.

44. Item, quodd. instrumentum [1] duobus sigillis in pendenti sigillatum, scriptum sub anno Dñi M°CC°LXII, III° idus marcii, continens testamentum et ultimam voluntatem dom^e Agnesie, domine Fucigniaci, in quo sibi heredem universalem instituit dom. Beatricem ejus filiam, dalphinam Viennensem, quod instrumentum sive testamentum clausum extitit et fuit apertum ut continetur in dorso dicti testamenti.

45. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Johannis de Sancto Dyonisio habitatoris Bellivisus, sub anno Incarnat. Dñice ejusdem M°CCC°IX°, continens homagium prestitum per dom. Johannem dalphinum dom° Roberto Dei gratia Jherusalem et Cecilie regi, et recognovit ab eo tenere quicquid tenet per se vel per alium in partibus Vapincesii vel alibi in comitatu Vapincesii, et jus quod habebat in dominio et juridictione Dragoneti de Montealbano et in valle de Roignes, prout hec et plura alia in dicto instrumento continentur.

46. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Guillelmi de Samcinaco notarii publ., sub anno Nativit. Dñice M°CCC°XXVIII°, die XVII^a mensis marcii, indict. XII^a, continens testamentum in-

1. *On a remplacé ces mots par* quedam litere.

[redacted]

clite recordationis dom' Henrici Dalphini, baroniarum Montisalbani et Medullionis domini, qui in dicto suo testamento heredem suum universalem instituit illustrem principem dom. Guigonem dalphinum, nepotem suum, continens etiam plura legata in eodem descripta.

47. Item, quodd. instrumentum confectum manu Jordani Pellerini notarii publ., sub anno Dñice Incarnat. M°CC°XXXV, indict. VIII^a, die martis XIII^a die novembris, continens testamentum et ultimam voluntatem Boniffacii marquionis Montis Ferrati, qui heredem sibi instituit in marquionatu Montis Ferrati predicti dilectum nepotem suum, filium dom' Guigonis dalphini et Beatricis sororis dicti testatoris, quod testamentum est uno sigillo in cerico albo et rubeo sigillatum cera alba.

48. Item, quod. aliud instrumentum manu proxime dicti notarii confectum et anno, indict. et die proxime dictis, continens etiam testamentum dicti marquionis et institutionem heredis supradictam, sigillatumque in pendenti in cerico vario cera a(l)ba.

49. Item, qued. litere uno sigillo in pendenti sigillate, sub anno Dñi M°CC°XXXII°, mense julio, continens quod cum dom^a Beatrix, comitissa Montis Fortis, vendidisset dom° Andree dalphino patri suo comitatus suos Vapincesii et Ebredunesii, quod idem dom. Andreas faciebat pactum eidem Beatrici de eadem instituenda in comitatibus predictis et comitatu Viennensi, continens etiam quedam alia pacta in eodem instrumento declarata.

50. Item, quod. publicum instrumentum receptum manu Andree Zupi notarii et grossatum manu Johannis Bovardi not., sub anno Incarnat. Dom' M°III°XII°, indict. x^a, die VII° mensis madii, continens solucionem factam dom° Philippo de Sabaudia, principi Aquaye, per dom. Johannem dalphinum de XX^m libris in quibus eidem tenebatur, ex causa dotis uxoris sue et sororis dicti dom. dalphini.

51. Item, qued. litere in pendenti quodam sigillo cereo sigillo (*leg.* s-late), sub anno Verbi Incarnati M°CC°XI°, VI° die aprilis, continens quod cum Beatrix, condam uxor Dalphini, propter consanguinitatem fuisset a dicto dalphino separata, quod ipsa dabat filie sue quam a dicto dalphino succeperat comitatum suum Furquarquerii et omnia ad eumdem comitatum pertinentia.

52. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Johannis Nicholeti notarii publ., sub anno Dom' M°III°XLI°, indict. IX, die XVIII mensis junii, continens quod illustris princeps dom. Humbertus

dalphinus Viennensis, citra revocationem procuratorum suorum, fecit, constituit et ordinavit suos procuratores, videl. ven^lem^ virum dom. Jacobum Brunerii, dom. Franc(iscum) de Parma et dom. Ste(phanum) Pelati, ad omnes causas.

53. Item, quod. publicum instrumentum confectum manu Aymonis Migueti notarii et subscripti manu etiam Alberti de Brayda, sub anno Dom^i^ M°IIIc..., die martis ante festum Marie Magdalenes, quatuor sigillis in pendenti sigillatum, continens quod dom. Johannes de Cabulone, dominus de Arlaco, confessus fuit habuisse a dom° dalphino V^m^ libras de prima solutione dotis ejus consortis.

54. Item repertum fuit inter ipsa privilegia quod. publicum instrumentum scriptum manu Aymonis de Tornafol de Montelupello, sub anno Dom^i^ M°CC°XC.VI°, indict. ix^a^, die iii^a^ intrante mense junii, continens quod Alaysia, filia dom^i^ Humberti dalphini et dom^e^ Anne dalphine, uxor futura dom^i^ comitis Foresii, quictabat dicto dom. dalphino omne jus quod habebat in bonis paternis et maternis et in toto Dalphinatu, in terra Fucigniacii pro dote sibi assignata, pro certa pecunie quantitate et pro castris et feudis que dom. dalphinus habebat a parte regni Francie ultra Rodanum, exceptis feudis nobilium virorum Arthaudi, domini Rossillonis et Anoniaci, et Guigonis de Anjo, domini Salerie et Peyraudi, et exceptis guardis et usagiis prioris de Campagnia, prout hec et plura alia in dicto instrumento continentur.

55. Item, quod. publicum instrumentum sigillatum in pendenti cera rubea sigillo illustris viri dom^i^ Ludovici junioris, comitis Octingen, scriptum manu Johannis Nicholeti, sub anno Dom^i^ M°IIIcXXXV°, die xvi^a^ mensis aprilis, indict. iii^a^, continens quod dom. H(umbertus) dalphinus non acceptabat donacionem sibi factam per dictum dom. Ludovicum de regno Vienne, nisi in casu in quo dom. imperator esset coronatus vel nisi procederet de consensu dom^i^ pape.

56. Item, quod. publicum instrumentum confectum manu Guillelmi de Bellivo notarii publ., sub anno Incarnat. Dominice M°CC°XIX°, indict. viii^a^, xi kalend. decembris, continens promissionem et terminos solutionis mille marcarum argenti assignatas per dom. Wilelmum marquionem Montisferrati dom^e^ Beatrici, consorti dom^i^ Andree dalphini, in dotem.

57. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Aymonis de Tornafol notarii publ., sub anno Dom^i^ M°II^c^XCVII°, indict. x^a^,

continens quod dom. Aymarus de Pictavia et Aymaretus ejus filius et Maria uxor dicti Aymareti, filia domi Humberti dalphini Viennensis et Anne ejus uxoris condam, confitebantur sibi plene fuisse solutum de XIIIm librarum in quibus idem dom. dalphinus eidem tenebatur pro dote dicte Marie, prout hec et plura alia in dicto instrumento sunt descripta.

58. Item, quod. publicum instrumentum confectum manu Anthonii Maurini notarii, sub anno Domi M°CCC°XXVII°, indict. xa, die xia mensis decembris, continens quod Bartholomeus de Bellobonis confessus fuit et in veritate recognovit, nomine domi principis Aquaye, pro dote uxoris sue K habuisse a dom° dalphino mille quingentos florenos auri, unde eumdem dom. dalphinum quittavit et solvit.


59. Item qued. litere in pendenti uno parvo sigillo sigillate, scripte sub anno Domi M°CCC°XVII°, die lune ultima mensis januarii, continens quittationem factam per dom. principem Aquaye dom° dalphino de duobus milibus librarum debitis pro dote dome K(atherine) [1] uxoris dicti principis.

60. Item, quod. publicum instrumentum confectum manu Conradi Metani, sub anno Domi M°CCC°XXVII°, indict. x [2], die xia mensis junii, continens quictationem IIm florenorum receptorum a dom° dalphino per principem Aquaye, qui quictationem eamdem fecit ex causa dotis dome K(atherine) ejus uxoris.

61. Item, qued. litere a dom° rege Francorum emanate ejusque sigillo cera alba sigillate, continen(te)s quoddam mandatum factum comissariis ipsius domi regis per ipsum dom. regem de assignandis et assetandis domino nostro dalphino septu(a)ginta libras redditum secundum modum Alvernie, super quibusdam locis Pontis Castri in Alvernia ; que litera data fuit xv die novembris anno Domi M°CCC°XVII°.

62. Item, qued. alia litera a magestate regia emanata, ejus sigillo in pendenti sigillata et sub anno Domi M°CCC°XXVII° directa senescallis Bellicadri et Masticonis et Alvernie bayllivis, continens quod ipsi bayllivi debeant desistere et totaliter desisti facere eorum familiares et subjectos ne faciant aliquam exequtionem nec juridictionem

1. *On a remplacé l'initiale* K *par celle de* B(eatricis). — 2. *Il y avait primitivement* VII°.



exerceant infra terram quam dom. dalphinus habet in regno Francie, nisi dumtaxat in deffectu justicie, jure superioritatis [1].

63. Item, quod. instrumentum publicum confectum manu Berengarii Rogerii notarii publ., sub anno Nativit. Dom[i] M°CC°XC VI°, indict. IX[a], die II[a] intrante mense junii, continens quod Alisia, filia Humberti dalphini, uxor comitis Forensis, fecit Dalphinatui quictationem plenariam de omnibus in quibus sibi tenebatur occasione dotis sue, et est uno sigillo sigillatum in pendenti.

64. Item, quod. publicum instrumentum confectum manu Thome de Romanali, sub anno Dom[i] M°II[C] octuag° IX°, idus aprilis, continens quod dom[a] Anna dalphina dedit Dalphinatum suum Johanni ejus filio.

SEQUNTUR INSTRUMENTA CONCESSA PER DOMINAM DE ARLACO DOMINO NOSTRO DALPHINO.

65. Item, quoddam publicum instrumentum scriptum et signatum manu Fran. Bermondi Sancti Theoffredi, Ebredunensis diocesis, et subscriptum manu Humberti Pilati de Buxeria, sub anno Dom[i] M°CCC°XLIIII°, indict. XII[a], die III[a] mensis marcii, continens in effectu quictationem factam dom° H(umberto) dalphino Viennensi per dom. Beatricem de Arlaco, de omni jure quod habebat in Dalphinatu et est sigillatum in pendenti cera rubeo sigillo ipsius dom[e] B.

66. Item, quod. aliud publicum instrumentum confectum manu Guigonis Frum(enti) notarii publ. et subscriptum manu Humberti Pilati, sub anno Dom[i] M°CCC°XLIIII°, die X[a] mensis aprilis, sigillatum in pendenti sigillo ipsius domine de Arlaco, continens quictationem quandam aliam factam per eamdem, de omni jure quod habebat in Dalphinatu, domino supradicto et traditionem cujusdam instrumenti continentis quictationem factam eidem domino per dom. Johannem de Cabulone ejus filium.

67. Item, quod. aliud instrumentum manibus notariorum supradict. scriptum et signatum, anno et die ac indict. quibus ac tenoris et continentie quibus supra.

68. Item, quod. publicum instrumentum scriptum et signatum ut legitur in eodem manu Fran. Bermondi, Ebredunensis diocesis, et subscriptum manu Humberti Pilati notarii, in pendenti sigillatum cera rubeo sigille dom[e] B(eatricis) de Vienna domine de Arlaco, continens

1. *En marge* Perquiratur.

quictationem factam dom" dalphino per ipsam dom. B(eatricem), de omnibus debitis et obligationibus pecuniarum in quibus dictus dom. dalphinus eidem domine tenetur seu reperietur obligatus, condicione adjecta si ipsum dom. dalphinum decedere contingeret sibi heredibus a suo corpore procreatis remanentibus.


69. Item, quod. publicum instrumentum receptum et signatum manibus Humberti Pilati et Guigonis Frumenti notariorum public., sub anno Dom M CCC XLIIII°, die x. mensis aprilis, continens quictationem factam per illustrem dom. B(eatricem) de Vienna, dominam de Arlaco, de XII^{m} florenorum in casu in quo dom. dalphinum decedere contingeret remanentibus sibi heredibus legitimis, continens etiam obligationem castrorum Castillionis, Bone Ville et de Samoenc; et est dictum instrumentum sigillatum in pendenti sigillo ipsius dom^{e} B(eatricis), continens etiam donationem factam per dictum dom. dalphinum de septingentis florenis auri perpetui valoris singulis annis, assetandis in terra Fucigniacii, prout hec et alia in dicto instrumento continentur.

70. Item, quod. aliud publicum instrumentum confectum et signatum manibus dictorum notariorum, anno, indict. et die quibus supra proxime sigillatumque in pendenti sigillo dicte domine de Arlaco, continens quod liberi dom' dalphini possint redimere dictos VII^{c} florenos annuos, per ipsum dom. dalphinum datos dicte domine de Arlaco ad hereditatem et perpetuitatem, solvendo mille florenos semel pro centum annuis.

71. Item, quod. aliud publicum instrumentum scriptum et signatum manibus dict. notariorum eodem anno et die quibus supra proxime, continens homagium ligium prestitum per dictam dominam de Arlaco dicto dom. dalphino, et est sciendum quod ipsum instrumentum fuit in fine ipsius laceratum et sigillum deformatum.

72. Item, quod. instrumentum scriptum et signatum manu Guillelmi Jornarii notarii de Vorapio, sub anno Incarnationis M^{o}III^{c}XVIII°, indic. II., die IX. mensis marcii, continens quod illustris domina dom. Beatrix de Umgaria dalphina Viennensis, filia inclite recordacionis dom' Karoli Martelli regis Umgarie, dabat dom" Guigoni et Humberto dalphino, filiis suis, omne jus et omnem actionem quam habebat in bonis et hereditate paterna et materna ipsa dom. Beatrix.

73. Item, quod. litere emanate a rege Jherusalem serenissimo in



favorem dom^{i} Guigonis dalphini et hominum suorum Vapincesii, scripte sub anno Dom^{i} M°CCC°, die xxvi^{a} mensis aprilis, continentes quod nullus de comitatu Vapincesii pro debito alieno molestetur, nisi foret principaliter vel accessorie obligatus.

74 Item, quod. instrumentum scriptum et signatum manu Thome de Romanali notarii, sub anno Incarnat. Dom^{ce} M°CC°IIII^{XX}IX°, v° idus decembris, continens donationem factam per dom. Annam dalphinam dom° Johanni dalphino de toto Dalphinatu.

75. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Alberti de Brayda notarii, sub anno Dom^{i} M°CC°XC°IJ°, indict. v^{a}, die xiii^{a} mensis junii, continens donationem factam per dom. Annam dalphinam dom° Johanni Dalphini de toto Dalphinatu.

76. Item, quodd. vidimus super premissis factum eodem anno et die manu Humberti Ayselini, et est sigillatum in pendenti uno sigillo.

77. Item, quod. instrumentum in pendenti sigillatum, scriptum manu Joberti Anselini, continens conventiones habitas inter dom. ducem Burgundie et dom. Annam dalphinam, et e(st). sciendum quod ipsum instrumentum est vidimus scriptum anno Dñi M°CCC° XLIII°, die penultima mensis aprilis.

78. Item, quod. vidimus et qued. litera scripta sub anno (et) die quibus supra, continens vidimus cujusdam litere in qua mandabatur nobilibus Dalphinatus quod haberent ratam donationem Dalphinatus.

79. Item, quod. aliud vidimus scriptum manu Joberti [1] Ayselini notarii, sub anno et die quibus supra proxime, continens emancipationem factam per dom. Humbertum dom° Johanni Dalphino.

80. Item, quoddam privilegium a serenissimo rege Roberto emanatum ejusque magno sigillo in cera rubea sigillatum, scriptum sub anno Dñi M°CCC°XXXII°, die ii. novembris, continens quod prefatus dom. rex concessit dom° Humberto dalphino Viennensi et Marie de Baucio conjugibus, nepotibus suis, quod possint habere et excercere juridicionem, merum et mixtum imperium in terris regnorum suorum, quamdiu ipsos fore contingerit in humanis.

81. Item, quod. privilegium a serenissimo rege Karolo Dei gratia Jehrusalem et Cicilie emanatum ejusque sigillo in pendenti cera rubea sigillatum, scriptum sub anno Dñi M°CC°XC°VIII°, die iii^{a} mensis

1. *Ensuite* Yberti.


junii, undec. indic., regnorum ipsius XIIII°, continens quod ipse rex dedit dilecto nepoti suo Johanni Dalphino Viennensi et heredibus ejus ex suo corpore nascituris, in feudum castrum de Serris situm in comitatu Forqualquerii, cum hominibus, juribus, juridictionibus, mero et mixto imperio, item jus quod sibi competit in castris Aregrandis et Bassa Merolii, sub homagio et aliis condicionibus in dicto instrumento contentis, continens eciam concensum et auctoritatem dicti dom. regis dicto dom. dalphino concessis de dictis castris dandis et concedendis eodem modo quo sibi sunt concessa dom° Guidoni fratri suo.

82. Item, quod. aliud privilegium a serenissimo Karolo II° rege Jherusalem et Cicilie emanatum ejusque sigillo cera rubea cum filo sirici rubei et croci in pendenti sigillatum, scriptum sub anno Dñi M°CC°XC°III°, die ultima mensis decenbris, VI° indic., regnorum vero ipsius anno VIII°, continens confirmacionem per eundem dom. regem factam dom° Johanni Dalphino, super donacione sibi facta per illustrem principem Humbertum dalphinum et dom. Annam ejus consortem de toto Dalphinatu.

83. Item, quod. aliud publicum instrumentum scriptum manu Guillelmi Judicis et subcriptum manu Wfredi de Vericono publ. notarii, sub anno Incarnac. Dñice M°CCC°IX°, die VII° mensis marcii, VIII° indic., sigillis sereniss. regis Roberti cera rubea et dom¹ dalphini cera alba in pendenti sigillatum, continens recognicionem serenissimo principi dom. Roberto Dei (gratia) regi supra scripto factam per dom. Johannem dalphinum predict., de omnibus hiis que tenet (et) possidet vel quasi per se vel per alium in partibus Vapincesii vel alibi, de comitatu Folqualquerii vel ejus pertinenciis, recognicionem juris si quod habet in dominio et juridictione condam dom¹ Dragoneti, domini de Monte Albano, continens eciam recognicionem homagii in quo dictus dom. dalphinus eidem dom° regi tenetur et omnium que tenet in valle de Rugnes.

84. Item, quod. aliud privilegium a serenissimo rege Roberto Dei gratia Jerusalem et Cicilie rege emanatum ejusque sigillo cera rubea in pendenti cum filo cirici rubei et croci sigillatum, continens donacionem per dictum dom. regem factam illustri principi domino nostro Humberto dalphino Viennensi de mille unciis auri annualibus, sibi et suis per dictum dom. regem in redditibus et feudis assignandis et assetandis.

[redacted]



85. Item, qued. lictera tribus sigillis in pendenti sigillata, videl. ducis Burgondie, comitis Sabaudie et domᵉ B(eatricis) dalphine Viennensis, scripta sub anno Dñi M°CC°LXX°VI°, die lune in crastinum beati Anthonii, continens ordinacionem regiminis et administracionis Dalphinatus factam inter potentem virum dom. ducem Burgondie ex una parte et dom. B(eatricem), dalphinam Viennensem et dominam Fucigniaci, ex altera.

86. Item, qued. littera sigillo domⁱ Roberti ducis Burgondio in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC° nonag. V°, die veneris in festo Convercionis sancti Pauli, continens composicionem et concordiam factas inter nobiles et potentes viros dom. Robertum ducem Burgondie suprascriptum, nomine suo et suorum, ex una parte et dom. Humbertum dalphinum Viennensem, nomine suo et domᵉ Anne ejus consortis, et suorum heredum et successorum, ex altera, super questione mota inter ipsos super Dalphinatu; et fuit concordia et composicio facta inter ipsos quod dictus dom. Humbertus dalphinus dominusque de Turre solvebat, remictebat et quittabat dicto duci Burgondie quitquid idem dom. Humbertus et Hugo de Turre frater suus habebant, tenebant et possidebant tempore mote guerre predicte citra aquam vulgariter appellatam Aynez, de terra de Revemon versus terram de Breyces, in quibuscumque rebus consistant, exceptis quibusdam castris et feudis dequibus se compromiserunt in magestatem regiam domⁱ Philippi regis Francorum et eciam de pluribus aliis questionibus, videl. castri Tarracie, Montis Fortis et plurium aliarum questionum, se in dictum dom. regem compromiserunt; dictus vero dux in recompensationem quittacionis et remissionis predict. solvit, remisit penitus et quittavit dicto dom. Humberto, nomine dicte domᵉ Anne consorti sue recipienti, heredum et successorum suorum, quitquid juris habebat in hereditate et bonis Dalphinatus; continens etiam plures alios contractus habitos inter ipsos et concordatos, prout in dicta littera continetur.

87. Item, qued. littera a dom° Philippo rege Francorum emanata ejusque sigillo in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC. nonag. V°, continens acceptacionem et confirmacionem factas per dom. regem Francorum super compromisso et concordia supra in proxima littera factis per dom. ducem Burgondie et dom. Humbertum dalphinum, dominum de Turre, et obligationes per dictos contraentes factas in manu ipsius dom. regis de predictis observandis.

[redacted]

88. Item, qued. alia lictera a curia chastelleti Parisius emanata sigilloque ipsius curie cera viridi in pendenti sigillata, linga gallica scripta sub anno Dñi M°CCC°XXXI°, mense madii, continens copiam et vidimus compromissi facti inter potentes principes dom. ducem Burgondie et dom. Guigonem dalphinum Viennensem, nomine dom° Ysabelle de Francia consorti sue, super parte sibi contingente in bonis et hereditate dom^{e} regine Johanne, matris ipsius dom° Ysabelle, qui se compromiserunt in regiam magestatem, videl. dom. Philippum regem Francorum, qui quidem dom. rex pronunciavit dicto dom. dalphino decem milia libratas terre, videl. VI^{m} in comitatu d'Artoys et IIII^{m} in ducatu Burgondie.

89. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Humberti Pilati de Buxeria notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXX°, indict. XIII^{a}, die XX^{a} mensis octobris, sigilloque illustris principis dom. Guigonis dalphini sigillatum in pendenti, continens procuratorium factum per dictam dom. Ysabellam ad predicta contenta in precedenti lictera petenda, acceptanda et exigenda.

90. Item, qued. lictera duobus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CCC°XXII°, die martis post dominicam in Ramis Palmarum, continens contractum matrimonii celebrati inter illustrissimam dom. Johannam reginam Francie, nomine predicte Ysabelle filie sue, ex una parte, et nobilem et potentem virum dom. Hugonem de Gebennis et plures alios ddom. milites Dalphinatus, nomine illustris principis dom. Guigonis dalphini Viennensis, ex altera.

91. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Benevenuti de Arenis notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°X°, indit. VIII^{a}, die XIII^{a} mensis septembris, continens quod ad instanciam et requisicionem nobilis Raymbaudi de Asperis, bayllivi Brianczonesii, fuit confessus publice et recognovit Guillelmus Bertrandi, procurator viri potentis dom. Mayfredi marquionis Saluciarum, dom' Frelini ejus filii et dom' Margarite uxoris ejusdem Frelini, se habuisse et recepisse in pecunia numerata a dicto Raymbaudo, solvente nomine illustris viri dom. Johannis dalphini, mille libras bone monete, Turono computato pro XXIII denariis [1], pro dote et nomine dotis illustris dom. Margarite supra dicte.

92. Item, qued. lictere pergamee in duabus pellibus scripte in linga

1. *En marge* No^{a} de Turono XXIII denar. computato.

latina et layca, quatuor sigillis in pendenti sigillate, continentes in effectu assedicionem factam per dom. regem Francie seu ejus comissarios dom° dalphino Viennensi, de duabus milibus libris Turonen. in bayllivia Alvernie in redditibus annualibus, que lictere scripte fuerunt in loco de Langiaco et in locis circumvicinis et in mercato de Brolio, sub anno Dñi M°CCC°XVI°, die martis in vigilia apostolorum Symonis et Jude.

93. Item, qued. lictere ab excellen. domina dom^a Bona duxi(ss)a Normandie, exequtrixe testamenti dom^e Marie de Brabancio, comitisse Sabaudie, emanate ejusque sigillo cera rubea in pendenti sigillate, scripte linga gallica sub anno Dñi M°CCC°XL°, die XII^a mensis marcii, continentes quod ipsa dom. duchissa confessa fuit habuisse pro duario dom^e Marie de Sabaudia, domine Fucigniaci condam, quater mille florenos de Florentia a dom° Soffredo de Arciis milite et Humberto Pilati, solventibus nomine dom^i dalphini, in extenuacione majoris summe dicti duarii in qua dictus dom. dalphinus (tenebatur) ; que quidem lictere quoroborate sunt quadam lictera annexata sub sigillo prepositure Parisius.

Et fuerunt post illico predicte litere reposite in scrinio ubi sunt paces domini nostri dalphini et comitis Sabaudie, et invenientur in eo infra quamdam magnam caxam.

94. Item, quodd. aliud instrumentum scriptum manu Johannis Nicoleti notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°XXXV°, die XV^a mensis aprilis, sigillo illustris viri Ludovici junioris comitis de Octingien, legati in hac parte et destinati per serenissimum principem dom. Ludovicum Romanorum imperatorem, in pendenti cum filo sirici et viridi cera rubea sigillatum, continens concessionem factam dom° Humberto dalphino Viennensi per dictum dom. legatum de regno Vienne et pertinenciis ejusdem.

95. Item, quod. aliud publicum instrumentum scriptum manu Peroneti Viviani et receptum manu Guigonis Pellecerii notariorum publ., sub anno Dñi M°CCC°XII°, indict. X^a, die III^a mensis madii, continens in effectu quod illustris domina dom^a Katerina, filia illustris viri dom. Humberti dalphini Viennensis, attendens certam dotem sibi fuisse promissam per dom. Johannem dalphinum illustri viro dom. Philippo de Sabaudia, principi Aquaye, ipsa dedit, donavit, cessit et concessit eidem dom. Johanni fratri suo omne jus omnemque actionem, partem, portionem quod, quam seu quas habebat in omnibus bonis

[redacted]

mobilibus et inmobil. paternis et maternis, prout in dicto instrumento plenius continetur.

96. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Petri Clocheyronis notarii quondam, sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}V^{o}, continens quod dom. A. de Incisa, abbas monasterii Case Nove, confessus fuit se habuisse et recepisse, nomine dom^{i} Maffredi marquionis Saluciarum, a dom^{a} B(eatrice), filia dom^{i} Petri comitis condam, C quatraginta XIX libras et XII solidos bonorum denariorum Astentium, pro dote dom^{e} Margarite uxoris Fredelici filii dicti dom. marquionis.

97. Item, quod. aliud publicum instrumentum scriptum manu Guigonis Pellicerii notarii publ., sub anno Dñi M^{o}CCC^{o} (XII°), indic. decima, continens quitacionem dom^{e} Katherine, filie dom^{i} Humberti dalphini uxorisque dom^{i} Philippi de Sabaudia principis Aquaye, videl. de omnibus bonis paternis et maternis, continens etiam donacionem factam dom^{o} Johanni dalphino de predictis bonis per dictam dom. Katherinam, et est similiter registrata quare etc.

98. Item, quodd. vidimus emanatum ab officiali Gebennensi ejusque sigillo in pendenti sigillatum, continens quodd. instrumentum scriptum manu Peroneti de Monte de Sornay notarii, sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}VIII°, indic. VII^{a}, in quo instrumento continetur quitacio facta dom^{e} B(eatrici) dalphine et dom^{o} Hugoni Dalphino per Manffredum marquionem Saluciarum et Margaritam Dalphine ejus uxorem, de XX^{m} librarum Astasencium.

99. Item, quod. aliud instrumentum publicum scriptum manu Johannis Bovardi notarii publ., sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XII°, indic. X^{a}, die VII^{a} mensis madii, continens quintationem factam per dom. Philippum de Sabaudia, principem Achaye, dom^{o} Johanni dalphino de XX^{m} librarum bonorum Viennen. antiquorum, pro dote, nomine et ex causa dotis dom^{e} Katherine de Viennesio, sororis dicti dom. dalphini consortisque dom^{i} principis memorati.

100. Item, quod. vidimus scriptum manu Berengarii Rogerii notarii publ. et subscriptum manu Imberti Aysselini notarii regii, sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XLIII°, die penultima aprilis, continens matrimonium et contractum matrimonii celebratum inter potentes viros dom. Humbertum dalphinum Viennensem, nomine dom^{e} Beatrici filie sue, ex una parte, et dom. Johannem de Scabilione dominum de Arlaco, nomine dom^{i} Hugonis filii sui, ex altera, et est emanatum dictum vidimus a curia cenescalcie Bellicadri.

[redacted]

101. Item, quod. aliud vidimus a dicta curia emanatum, videl. dicte curie cenescallie Bellicadri, scriptum manu Jimberti Aysselini et subcriptum manu Berengarii Rogerii notarii, sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XLIII°, continens quod. publicum instrumentum confessionis dom^{i} Johannis de Cabilione, qui confessus fuit se habuisse et recepisse ab ill^{i} viro dom. Humberto dalphino Viennensi, nomine dom^{e} Beatricis filie predicti dom. dalphini uxorisque dom. Hugonis filii sui, videl. de majori summa dotis ipsius, V^{m} parvorum Turonen. pro prima solucione dotis ipsius dom^{e} Beatricis, continens etiam quitacionem dictarum V^{m} librarum.

102. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Peroneti de Monte de Sarsonay, sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}VIII°, indit. vi^{a}, iii^{o} kalend. februarii, continens (quod) illustris vir Frelinus de Saluciis, filius dom^{i} Mafredi marchionis Saluciarum, et Margarita ejus uxor confessi fuerunt se habuisse plenariam satisfactionem ab illustri dom^{a} B(eatrice) domina Fucigniaci et dom^{o} Hugone Dalphini de XX^{m} librarum parvorum Astencium, pro dote dicte dom. Margarite, et quitacionem dotis supra dicte ; quod quidem instrumentum sigillatum est tribus sigillis in pendenti.

103. Item, quoddam vidimus continens tenorem supradicti instrumenti.

104. Item, quod. aliud publicum instrumentum scriptum manu Jacobi de Vergeyo, Eduen. diocesis, et subcriptum et signatum manu Humberti Pilati notariorum public., sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XXVII°, indict. xi^{a}, die xxii^{a} mensis decembris, continens quod illustris vir dom. Odo dux Burgondie promictebat dare et solvere illustri principi dom. Guigoni dalphino, pro dampnis sibi et predecessoribus suis datis per nobilem et potentem virum dom. Robertum de Burgondia ejus fratrem in adjutorium comitum Sabaudie, videl. in obcidendo castrum de Varey et in obcidendo castrum Sancti Germani et capiendo eundem violenter et manu armata, propter que dictus dom. Robertus captus detinebatur in Dalphinatu, et ad restitucionem dampnorum predict. idem dom. dux ut supra promisit solvere dicto dom. dalphino L^{m} florenorum auri de Florentia solucionibus infrascriptis, videl. XXV^{m} floren. hinc ad festum beati Johannis mense junii proximi et deinde ad aliud festum beati Johannis sequens XII^{m} et quingentos floren. et in festo (?) XII^{m} et quingent. flor. auri.

105. Item, quod. instrumentum sigillatum continens contractum


[redacted]

matrimonii celebrati inter dom. Guigonem dalphinum Viennensem et dom. Ysabellam filiam domi Philippi regis Francie.

106. Item, tria instrumenta super matrimonio tractato inter dom. Humbertum dalphinum Viennensem, ex una parte, et dom. Johannam filiam domi Petri ducis Borbonii, confecta per manum Humberti Pilati notarii publ., sub anno Dñi M° IIIc XL° VIII°.

107. Item, tres lictere in una piscide sigillate sigillo dicti dom. ducis, super eodem matrimonio.

108. Anno Nativitatis Domini M° IIIc LXIJ°, die xv mensis septembris, presentibus magnifico viro dom. Rodulpho domino de Louppi, locum tenente domini nostri dalphini, ddom. Amblardo domino Bellimontis, Rodulpho de Capriliis, legum doctore, Johanne de Bosco, licentiato in legibus, judice Graysivodani, dom. Humbertus Pilati et Johannes Mathei reposuerunt in archivis dalphinalibus sacristie Sancti Andree, in cofino in quo sunt privilegia imperatorum, videl. in quadam picide, duo privilegia concessa domino nostro dalphino per dom. Karolum imperatorem modernum, videl. unum super confirmacione quorumcumque privilegiorum Dalphinatus concessorum per imperatores, aliud super confirmacione privilegiorum monetarum Dalphinatus.



[redacted]

REGISTRUM

COMITATUS ET BAILLIVIE VIENNE ET VIENNESII[1].

REGISTRUM[2] litterarum, privilegiorum et instrumentorum comitatus et bayllivie[3] Vienne et Viennesii repertorum in quodam scofino, in sacristia Sancti Andree Gracionopolis, per dominos Stephanum de Ruffo, militem et legum doctorem, judicem majorem hospitii dalphinalis et totius Dalphinatus, et Reymundum Falavelli jurisperitum, consiliarium dalphinalem, de mandato et commissione reverendi in Xpisto patris domini Henrici de Vilariis, archiepiscopi Lugdunensis, locumtenentis domini nostri dalphini versus Turquiam in remotis agentis; anno Domini M^{o}CCC^{mo} XL° sexto, die xv^{a} mensis marcii.

109. Et primo[4] fuit repertum quoddam instrumentum scriptum manu magistri Guillelmi de Savigniaco notarii, sub anno Incarnationis Domini mill^{o} III^{c}XXV°, die xvii^{a} januarii, indictione ix^{a}, continens recognicionem feudi factam per illustrem dom. Johannem comitem Foresii illustri principi dom. Guigoni dalphino condam, de castris que sequntur cum eorum territoriis et juridictionibus, videl. castrum suum de Castelucio, item castrum de Fontanesio, tam illud (...?) quod tenet ibi domina de Cruciolo et heredes Stephani de Sancto Prejeto dicti Pasturelli, item castrum de Follosa, item castrum de Sancto Victore, item castrum Curnillonis quod tenet domina Belliprandii, item castrum de Cusiaco, item castrum Montis Rotundi quod

1. Registre A, ff. j à lxxij, collationné sur le registre A^{a}, ff. j à IIII^{xx}.
2. *A* Reges... — 3. *A*^{a} bail... — 4. *En marge A* « De facto comitis Foresii », *A*^{a} « Recognicio facta per comitem Foresii ».

[redacted]

tenet ab eodem dom. Arthaudus de Sancto Germano, item castrum Ruppis Molerie quod tenet ab eodem dom. Briandus de Layriaco miles, item castrum de Coteone [1] quod tenet ab eo comite Foresii dom. Gaudemarus de Fayno miles, item castrum de Velchia quod tenet ab ipso dom. Girardus de Rossillione miles ; continens eciam homagium per ipsum dom. comitem prestitum dom° dalphino, continens eciam plura pacta, plures convenciones, confederaciones, confessiones, promissiones et obligationes, ut predicta omnia lacius in ipso instrumento continentur.

110. Item, quod. aliud instrumentum continens traditionem pontis, capelle et hospitalis Sonne factam per dom. Henricum Dalphini, tunc regentem Dalphinatum, dom° Amblardo Falavelli, tunc priori Sonne, sub annua pensione quinquaginta librarum bonorum Viennensium quolibet anno solvenda per ipsum dom. priorem dom° dalphino, scriptum manu Johannis de Sancto Avicto [2] notarii publici, sub anno ab Incarnac. Domini M°III^c^XXIII°, die prima mensis novembris, indit. VII^a^, sigillatumque sigillis abbatis Montis Majoris et dicti prioris Sonne.

111. Item, quod. instrumentum continens concordiam et transactionem factam inter dom. Humbertum dalphinum Viennensem, ex una parte, et dom. Yssabellam de Anthone, relictam dom^i^ Guigonis domini Bellivisus de Marco quondam, super hiis que petebat dicta domina in dicto castro Bellivisus et terra dicti domini Bellivisus condam, scriptum et receptum manu Guigonis Frumenti, sub anno Dñi M°III^c^XXXVII°, indict. V^a^, die XXII^a^ mensis februarii, continens eciam dict. instrumentum homagium et recognicionem per dict. dominam factam dom° dalphino.

112. Item, quod. instrumentum continens homagium ligium factum per Arthaudum Jordanetz [3], et debuit recognoscere infra certum tempus ea que tenebat a domino, scriptum manu Guig. Frumenti notarii publ. sub anno Dñi M°III^c^XXXIIII°, indict. II^a^, die VIII^a^ mensis januarii.

113. Item, quod. instrumentum continens homagium Johannis Gilberti per eum prestitum dom° dalphino et assignacionem eidem factam ad recognoscendum infra certum tempus, scriptum (*ut preced.*) die III^a^ mensis januarii.

1. A^a^ Corceone. — 2. A^a^ Abito. — 3. *En marge* A^a^ Ignoro de quo loco existit.

[redacted]

114. Item, quod. aliud instrumentum continens quandam permutationem factam inter abbatem Sancti Petri Viennensis ex una parte et dominum Bellivisus de Marco ex altera, de quibusdam censibus qui percipiebantur per dictum abbatem in loco Montis Leonis, et quibusdam redditibus seu censibus quos dictus dominus Bellivisus assignavit dicto dom° abbati pro predictis, duobus sigillis auctenticis sigillatum.

115. Item, quod. instrumentum sigillatum sigillo archiepiscopi Vienne, continens recognitionem olim factam et homagii prestationem per Aynardum, dominum Clarimontis quondam, dom° Hugoni de Turre et dom° Alberto de Turre, dominis dicti loci, de castro de Viref et de castro de Peladruco, et homagii prestationem factam per plures nobiles dictorum locorum dicto domino de Turre, signatum et factum manibus Perrini de Boenco et Petri Columbeti, sub anno Dñi M°II^{C}LXI°, die mercurii post festum beati Michaelis [1].

116. Item, quod. instrumentum continens venditionem quorumdam fructuum et reddituum factam ad certum tempus per dom. Margar(itam), uxorem quondam dom¹ Berlionis de Turre, et Berlionem de Turre ejus filium Henrico de Turre certo precio, scriptum manu Johannis de Villa Dei sub anno Dñi M° II^{C} nonag° II°, xv kalend. februarii [2].

117. Item, quod. aliud instrumentum confectum super pluribus pactionibus olim inhitis inter dom. regem Francie et dom. Hugonem(!) dalphinum condam, super matrimonio contracto inter dictum dom. dalphinum et dom. Yssabellam neptem dicti dom. regis, scriptum manu Stephani de Domno Martino sub anno Dni M°III^{C}XXIII° [3].

118. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Johannis Ebouditi notarii publ. sub anno Dñi M°III^{C}XXII°, indict. vi^{a}, die xiiii^{a} mensis septembris, insisum, continens finale computum olim factum cum dom° Henrico Dalphino, tunc regente Dalphinatum, nomine suo et predecessorum suorum, cum Guillelmo Coste burgensi Romanis et remansit debens dictus dom. Henricus eidem Guill° Coste novies centum et lx libras Viennenses, Turono computato pro xx denar.; quod instrumentum insisum presumitur domino nostro dalphino in signum solutionis debiti [4].

1. *En m. A*ª Cum licteris Turris Pini. — 2. *En m. A*ª Non registretur. — 3. *En m. A*ª Ponendum cum licteris pactionum. — 4. *En m. A*ª Ponendum cum licteris quictacionum.

[redacted]

119. Item, quod. al. instrumentum continens homagium ligium nobilis Johannini Jaque de Albone per eum prestitum dome dalphino, scriptum manu Guig. Frumenti notarii publ., anno Nativitatis ejusdem M°IIIcXXXIIII°, indit. IIa, die IIa mensis januarii.

120. Item, quod. al. instrumentum continens homagium ligium nobilis Girardi Sycardi de Albone per eum prestitum dome dalphino, scriptum (*ut* 119), die IIIa mens. januarii.

121. Item, quod. rescriptum apostolicum continens dispensationem matrimonii domie Beatricis de Vienna, filie domi Humberti dalphini bone memorie, ac domi Hugonis de Cabilone, filii domi Johannis de Cabilone, missum per papam Benedictum predictis domo Hugoni et dome B(eatrici), bullatum bulla plumbea in pendenti firma filo rubeo et croceo [1].

122. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti notarii publ., sub anno Dñi M°IIIcXXXVIIJ°, indic. VIa, die XXIXa mensis aprilis, continens quod illustris princeps dom. Humbertus dalphinus Viennensis fecit homagium ecclesie de Romanis et recognicionem de castro Pisansani, supra altare dicte ecclesie Sancti Barnardi, cujus capitulum cum toto clero, cum cruce et aliis ornamentis induti, venit oviam dicto domo H(umberto) dalphino, ad domum Jacobi Coyraterii burgensis Romanis in qua dictus dom. dalphinus erat hospitatus, ipsumque dom. dalphinum dictum capitulum cum ipso clero duxit et asociavit usque ad dictam ecclesiam, ubi prestitit homagium supradictum.

123. Item, qued. littera reperta sigillata quodam parvo sigillo in pendenti Petri Ysimbardi civis Viennensis, continens quod dictus Petrus fuit confessus habuisse ab illustri dom. Guigone dalphino de moneta ipsius quingentas libras bonorum Viennen. ex causa mutui, renunciando excepcioni dicte pecunie non habite.

124. Item, quod. instrumentum continens remissionem factam per dominum Brissiaci Johanni Athenulphi de Monte Mirato de ejus homagio, scriptum manu Guioneti de Montemirato sub anno Dñi M°IIIcXXX°.

125. Item, quod. instrumentum continens donationem factam per Odobertum dominum de Castro Novo domo Guigoni dalphino Viennensi quondam, de hiis que habebat et possidebat in mandamento

1. *En m.* A: Ponendum cum licteris pattentibus.

castro Sancti Anthonii de Mota, de quo castro dictus dom. dalphinus eumdem Odobertum postmodum investivit et ipse Odobertus confessus fuit se tenere ab eodem dom. dalphino dictum castrum reddibile ad v^{e} solidos de deteri(or)acione, scriptum manu Petri Guillelmi notarii sub anno Dñi M°II^{c}XLVIII°, pridie kalend. julii [1].

126. Item, qued. lictera sigillata sigillo Silvonis de Heras, continens recognicionem factam per dictum Sylvonem de Heras, de domo sua sita in castro de Heras et de omnibus suis rebus sitis in castro et mandamento de Heras et de pedagio quod habet in dicto loco de Heras, que omnia confessus fuit se tenere dom° Guigoni dalphino reddibilia, scripta sub anno Dñi M°II^{c}LXVI, mense maii [2].

127. Item, quod. instrumentum scriptum manu Aymonis de Tornafol de Montelupello notarii publ., sub anno Dñi M°II^{c}LXXVII°, indict. VI$_{a}$, die mercurii post festum Nativitatis Domini, continens quod Drodo dominus de Bello Videre de Marco et de Pineto recognovit dom° Humberto domino de Turre se tenere dicta castra et territoria eorumdem ab eodem dom° H(umberto) reddibilia ratione baronie de Turre [3].

128. Item, aliud instrumentum continens quod dom' executores testamenti dom' Aymarii, quondam domini de Anonay, confessi fuerunt quod Guillelmus de Rossillione, heres ipsius Ay(mari), de mandato ipsorum exequtorum solvit et emendavit, pro clamoribus dicti dom' Ay. et dom^{e} Arthaude uxoris sue, V^{m} librarum Viennen. una cum pluribus summis in dicto instrumento contentis, scriptum manu Rollandi de Sancto Michaele notarii publ. sub anno Incarnat. Dñice M°II^{c}LXXIIII°, die lune post octabas Penthecostes [4].

129. Item, qued. littera sigillata in pendenti quodam sigillo cereo, continens quamdam permutationem factam domino de Bello Videre de quibusdam censibus per Anselmum Propositi, sub anno Dñi M° II^{c}LXVI°.

130. Item, quod. vidimus emanatum a ven$_{li}$ viro officiali Lugdunensi, continens privilegium et donationem factam per serenissimum principem dom. Henricum Dei gratia Romanorum regem, de pedagio perpetuo levando apud Albamrippam, scriptum anno Dñi M°III^{c}X [5].

1. *En m.* A^{a} Ponendum cum licteris Capriliarum. — 2. *En m.* A Ultra Rodanum, A^{a} Ponendum cum licteris Albonis. — 3. *En m.* A^{a} Turris Pini. — 5. *En m.* A^{a} Loquitur de testamento d. Aymari de Annonay et videtur quod non debeat r(egistrari). — 5. *En m.* A^{a} Ponendum cum licteris Albonis.

[redacted]

131. Item, qued. littere sigillate sigillo dom[i] officialis Lugdunen. in pendenti, continens plures census datos per dom. Guillelmum dominum de Bello Videre Giraude filie sue, uxori dom[i] Guillelmi Palarini, et plures alias convenciones habitas inter ipsos, scripte sub anno Dñi M°II^{C}LXXVII°, mense aprilis.

132. Item, quod. aliud instrumentum continens reddicionem factam Ruppis de Buen[1] domino nostro Guigoni ad muniendum per dominum dicti loci, factum manu Petri Chamini sub anno Dñi M° CC°LXVII°, XI kalend. julii[2].

133. Item, quod. vidimus cujusd. littere seu instrumenti, continens quod Albertus de Cabiolo et Lambertus ejusdem nepos confessi fuerunt se tenere dictum castrum reddibile a dom° dalphino, scriptum anno Dñi M°II^{C}LVIII°, die jovis sancta.

134. Item, quamd. litteram concessam seu emanatam a dom° B(eatrice) Viennensi comitissa hominibus ville Roybonis, continentem libertates et franchesias concessas hominibus habitantibus et habitaturis infra villam et terminos ibidem designatos, scriptam sub anno Dñi M°II^{C}LXIIII°, kalend. januarii, tribus sigillis in pendenti sigillatam[3].

135. Item, qued. littera officialis Vienne continens quod Drodo dominus Bellivisus tradidit dom° Guigoni fratri suo, canonico Viennensi, quidquid juris habebat in villa de Chalon et medietatem mistralie comitum Vienne, sub modis et condicionibus contentis in dicta littera, sub anno Dñi M°II^{C} octuag° IX°.

136. Item, quod. instrumentum continens quod dom. Johannes dalphinus bone memorie se obligavit fidejussorem pro abbate et abbacia Sancti Anthonii Viennensis penes castellanum Jasilacii in mille quingentos florenos Florencie, sub anno Dñi M°III^{C}XIII°, indict. XI^{a}, manu Johannis de Sancto Dyonisio.

DE FACTO DE VIANNA.

137. Item, quod. instrumentum continens quod dom. Guillelmus archiepiscopus Viennensis et canonici in eodem instrumento nominati ac congregati ad capitulum die consueta tenere capitulum promiserunt juramentis propriis dom° Humberto dalphino Viennensi et Johanni ejus filio, recipientibus pro se et suis successoribus, omni tempore imperpetuum in omni casu et eventu totis suis viribus et potentiis

1. Al. Brien. — 2. En m. Al. Sciatur ubi situata est ista Ruppis. — 3. En m. Al. Ponende cum licteris Capriliarum.

gentis et terre ipsorum juvare, fovere, custodire, diligere et sequi, scriptum manu Aymonis de Tornafol de Montelupello sub anno Dñi M°III^cII°, die lune in crastinum festi beati Johannis Baptiste [1].

138. Item, quod. aliud instrumentum continens donacionem factam domino nostro dalphino per Dronetum de Vallibus, de castris de Pineto, de Monteleone, de bastida da Jayssanis et Bellivisus de Marco, scriptum manu Humberti Pilati de Buxeria notarii sub anno Dñi M°III^cXXXVII°, indict. v^a, die VIII^a mensis novembris.

139. Item sunt littere simul connexe emanate a dom° officiali Viennensi, de quodam debito quod debebat dom. Drodo dominus Bellivisus de Marco Symoni de Palacio civi Viennensi.

140. Item, quod. instrumentum concordie facte inter dom. Guigonem dalphinum Viennensem quondam, ex una parte, et Guigonem, Guillelmum et Raimundum filios dom^i Bertrandi de Enjalatis, ex altera, sub anno Dñi M°II^cLX°.

141. Item, quod. instrumentum continens quod Athenulphus Bergerii, de Sancto Nazario, confessus fuit se tenere de feudo dom^i dalphini quoddam molendinum situm apud Sanctum Nazarium juxta molendinum dicti domini, item unum nasserium dictum vulgaliter de Parasac et plures alias res recognitas per eumdem, scriptum manu Humberti Pilati notarii publ. sub anno Dñi M°III^cXXXIIII°, die III^a mensis januarii.

142. Item, qued. lictera sigillata in pendenti quodam sigillo cereo, continens donationem pasqueyragii factam per dom. Drodonem dominum Bellivisus quibusdam hominibus de Artas et suis scriptis in ipsa lictera, videl. quod quilibet agricola cum uno vel cum duobus (bobus) det unum quartale avene quolibet anno et sine bobus unum meyterium avene.

143. Item, quod. aliud instrumentum continens recognicionem homagii prestiti per Humbertum de Peladru, dominum de Monfera, excepta fidelitate domini Clarimontis, et confessionem V^c floren. habitorum pro dicto homagio, sub anno Dñi M°III^cXXXVIII°, die v^a mensis maii, scriptum manu Humberti Pilati [2].

144. Item, quod. instrumentum seu lictera continens quod Alissa [3] relicta Almarici de Lymone, filia quondam Aymari de Sancto Geor-

1. *En m. A* No^a promissiones archiepiscopi ecclesie Vienne factas d. dalphino pro se et suis. — 2. *En m. A* No^a homagium domini Montis Ferrati. — 3. *A^a* Alisia.

gio . vendidit dom Guigoni dalphino quidquid juris habebat [illegible] castro de Vinay, sub anno Dñi M°II^c^XLIX°.

145. Item, qued. littera duobus sigillis inpendenti sigillata, continens recognitionem factam dom° Guigoni dalphino Viennensi per Albertum et Lambertum de Cabiolo de dicto castro et ejus mandamento, sub anno Dñi M°II^c^XLVII°.

146. Item est qued. littera reperta tribus sigillis auctenticis sigillata et subscriptione testium plurimorum roborata de prima, si ita dici debet de jure, infeudatione castri Ruppis Fortis cum superiori et inferiori fortaliciis et ejus mandamenti, facta per Albertum [illegible] Pilosii[2] et Petrum ejus filium Aymaro de Pictavia, sub anno Dñi M°II^c^LII°, die veneris qua cantatur *Jubilate;* cujus littere verba in sui principio sunt talia :

« Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Humbertus Pilosii[1], dominus Ruppis Fortis, a te Ademario de Pictavia, comite Valentinensi, pro eo ut castrum Ruppis Fortis cum juribus et pertinentiis suis manuteneas et deffendeas de placito et de guerra tuis propriis expensis et emendis[3] quas habueris pro dicto castro et pertinentiis suis, de guerra dico contra eum qui nollet ab eo coram te jus recipere, et pro eo quod eumdem filium meum ad petendum et recuperandum jus quod Alissia[4] uxor dicti Petri debebat habere in castro de Chabuel, tuis propriis expensis advocatum sibi habere juves et de guerra, si preceptor dicti (Petri) quod dicta Alis debet habere in dicto castro nollet facere eidem ubi deceret justicie complementum, eumdem filium meum similiter juves tuis expensis propriis et emendis, donec dictum jus recuperaverit, ita quod super predictis ad ist(?) partis tunc temporis nullum prestes auxilium seu juvamen. Accipio in feudum ipsum castrum Ruppis Fortis cum duobus fortaliciis suis superiori et inferiori et cum toto mandamento ipsorum et appendentiis et omnibus juribus et pertinentiis suis, faciens tibi homagium pro dicto castro, salvo homagio Guigonis dalphini; et volo et precipio ut heres seu successor meus, scilicet Petrus Pilosii et successor ipsius in dicto castro cum pertinentiis suis, in mutatione domini et vassalli tibi et successoribus tuis predicta recognoscendo, pro dicto castro et pertinentiis suis fidelitatem et homagium facere teneatur, salvo homagio Guigonis dalphini, »

et c(etera), prout predicta et quedam alia lacius continentur in littera superius designata.

147. Item, quod. instrumentum scriptum manu Aymonis de Tornafol et subscriptum manu magistri Petri Bargarelli, sub anno Dñi [illegible]

1. A· Jorio. — 2. A· Pilosi. — 3. A· esm... — 4. A· Alisia.

[redacted]

M°II^cLXXVII°, die mercurii post Nativitatem Domini, con-
iod Aymaretus filius condam dom^i Guillelmi, domini de
ere, fecit homagium ligium Humberto domino de Turre,
cens idem Ay. se tenere ab eodem castrum de Bello Videre,
ignovit ab eodem castrum de Pineto et castrum de Palude,
illes mandamentorum et territoriorum predict.
tem, quod. aliud instrumentum confectum manu Guigonis
i notarii publ., sub anno Nativit. Dñi M°CCC°XXXIIII°,
ı, die IIIª januarii, continens homagium ligium prestitum per
n Ruffi de Royanis, in quo promisit idem Guigo recognoscere
riter et distincte a dom° dalphino omnia que tenet ab eodem.
tem, qued. lictera quodam sigillo cereo in pendenti sigillata,
› Incarnat. Dñice M°II^cXXVI°, VIII° kalend. novenbris,
; quod Eymido Bochi miles vendidit Drodoni de Belver,
Viennensi, quidquid habebat apud Charmer et apud Vaus
in toto mandamento de Pineto.
tem, qued. lictere duobus sigillis cereiis in pendenti sigillate,
Dñi M°II^cXXXVI°, mense januarii, in quibus dom. Berlio
: accepit in feudum a dom° dalphino quidquid habebat et
at apud Vinay et apud Motam Sancti Anthonii et in manda-
sorum.
tem, qued. littera in pendenti sigillata sub anno Dñi M°II^c
›, III° idem (*leg.* idus) januarii, continens quod Guillelmus
risu dedit Guillelmo filio suo quidquid juris habebat in terris
sionibus apud Pinetum.
Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Humberti
tarii, sub anno Nativit. Dñi M°III^cXXXVIII°, indict. VIª,
ensis julii, continens permutationem factam inter magnifi-
cipem dom. Humbertum dalphinum Viennensem, ex una
dom. Guigonem de Morgiis nomine dom^e Margar(ite) de
uxoris sue, ex altera, de parte contingente dicte dom^e Mar-
mandamentis et territoriis de Tollino et Bellicrescentis, et
; omnibus rebus et bonis que condam fuerunt dom^i Guidonis
io patris dicte dom^e Margarite.
tem, qued. lictere sex sigillis in pendenti sigillate, sub anno
I^cLXVII°, super controversiis dudum habitis inter dom. Gui-
lalphinum Viennensem, ex una parte, et dom. Arthaudum
llione et Guillelmum ejus filium, ex altera, super detentione

castri Ruppis de Cluey, continens etiam promicionem factam super dicta questione quod dictum castrum debeat reddi dom° dalphino quotciens voluerit [1].

154. Item, qued. littera in pendenti sigillata sub anno Dñi M°II^{c} XC°I°, continens quod cum domini de Cabiolo relinquissent diversa legata et anniversaria ecclesie Valentine, quod rectores ecclesie concedebant quod dom. Humbertus dalphinus et Anna ejus uxor possint dicta legata rehemere quando voluerint [2].

155. Item, quod. instrumentum receptum manu Guig. Frumenti notarii, sub anno Dñi M°III^{c}XXXIIII°, continens homagium ligium Johannis Benedicti de Moyrenco et assignationem eidem factam de recognoscendo particulariter et distincte infra certum terminum jam elapsum.

156. Item, qued. littere in pendenti duobus sigillis sigillate, sub anno Dñi M°II^{c}LXXIIII°, continentes transationem et compositionem factas super rancuris vertentibus dudum inter nobiles viros dom. Sylvonem, dominum Ruppis de Cladio, ex una parte et dom. Lambertus (*leg.* L-tum) de Cabiolo ex altera, super domibus eorum de Pisanciano que mutuo per alterutrum impugnabatur, continens eciam plures alias conventiones.

157. Item, quod. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti notarii, sub anno Dñi M°III^{c}XXXIIII°, indict. II^{a}, die III^{a} mensis januarii, continens homagium prestitum per Lantelmum Raymundi de Sancto Heulaterio, habitatorem Cabioli, dom° dalphino et terminum assignationis ad recognoscendum diu est lapsum.

158. Item, qued. littera in pendenti tribus sigillis sigillata, sub anno Dñi M°II^{c} octuag°, die sabbati ante festum beati Petri ad Vincula, continens quod. consilium datum per Disderium de Cassenatico, Odonem Alamandi et Johannem de Goncelino, quod castrum Ruppis de Cluey non redderetur Rogerio de Clayref, pro eo quia interfecerat duos homines de Payrino, quod castrum tenebat ad manus suas dom^{a} Beatrix dalphina Viennensis.

159. Item, quod. instrumentum confectum manu (*ut* 157), continens homagium ligium prestitum dom° dalphino per Petrum Gra[illegible] de Albone, in quo fuit sibi assignatus terminus certus jam lapsus ad recognoscendum particulariter et distincte.

1. *En m.* Ruppis Clivi. — 2. *En m.* A. Nos concordiam rehempcionis [illegible]

160. Item, quod. instrumentum receptum manu (*ut* 157), continens homagium ligium Gononi Rancurelli de Mota et assignationem sibi factam diu lapsam ad recognosc. particul. et distin.

161. Item, quod. aliud instrumentum receptum manu Humb^{i} Pilati, sub anno Dñi M°III^{c}XXXVII°, die x^{a} novenbris, continens homagium et recognitionem dom^{i} Girardi et (*leg.* de) Terniaco [1] factum domino nostro Humberto dalphino et in quo dom. noster dalphinus eidem concessit in feudum quidquid idem dom. dalphinus habebat in bastida de Funxcheria [2] et in toto territorio Belli Regardi et in juribus acquisitis per eum a Johanne de Podio; quod homagium prestitit dictus dom. Girardus salvis homagiis dom^{i} comitis Gebennensis et domini Fucigniaci.

162. Item, qued. instrumenta et lictere simul conjuncta et conjuncte, facientes mencionem quomodo archiepiscopus Viennensis et capitulum de Romanis dederunt castrum de Pisansano et domum fortem, quod et que condam fuit dom^{i} Lamberti de Cabiolo, dom^{o} Humberto de Turre domino de Coloniaco, propter rebellionem quam fecerat dictus Lambertus contra ecclesiam, et quomodo fuit missus in possessionem corporalem dicti castri, et multa alia in dictis litteris continentur facientia ad conservacionem jurium dicti castri [3].

163. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Petri de Jornis notarii, sub anno Incarnat. Dñi M°III^{c}XXIX°, die xv mensis octobris, continens quod Johannes Capiclin de Lugduno aquitiavit et liberavit plenarie dom. Guigonem dalphinum bone memorie de VIII^{xx} libris Viennen., computato Turono grosso pro II solid. et VI denar.

164. Item, qued. littera sex sigillis cereis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°II^{c}LXVII°, continens concordiam factam inter dom. Guigonem dalphinum Viennensem, ex una parte, et nobiles viros dom. Arthaudum de Rossillione et Guillelmum filium ejus, ex altera, super castro Ruppis de Cluey, et fuit concordatum per plures nobiles mediatores inter dictas partes quod dictus Guillelmus de Rossillione teneret dictum castrum, quamdiu esset in malivolentia Ay(mari) de Pictavia, et ipsum teneretur reddere dicto dom. dalphino quando per eum vel suum procuratorem fuerit requisitus.

1. *A*^{a} Trimiaco. — 2. *En m. A* Funcherie. — 3. *En m. A* Donacio castri de Pisanciano facta domino.

165. Item, quamd. litteram scriptam sub anno Dñi M°II^c^XC°VIII, XI kalend. decenbris, luna XIX^a, duobus sigillis aucten(ti)cis sigillata in pendenti, continentem quod dom^a Aynarda, condam uxor Audemarii de Breysseu et mater Audemarii pueri, consilio et voluntate dom^i Aynardi Viennensis archiepiscopi et Odonis de Turnone viri sui et militum et proborum virorum curie de Breyseu, convenit cum Alberto de Turre ut filiam suam daret in uxorem Audemaro de Buserio (!) filio suo et fuit dos ipsius V^m solidorum.

166. Item, qued. littera emanata a judice Viennesii habens tria capitula, quorum primum et secundum continent valorem castri Bellivisus de Marco et in tercio continetur quod Hugoninus Clare, Hugo Reforsonis, Hugo Girini, Falco et Syboudus de Brocia, Henricus Luppi, Oberjonus de Malliis, Johannetus Palsert et Hugonetus Maineroni confessi fuerunt esse homines ligii domini nostri dalphini.

167. Item, quod. instrumentum factum manu (*ut* 157), continens homagium ligium Bartholomei de Prina de Cabiolo et assignationem ad recognosc. particul. et distin. infra cert. tempus jam elaps.

168. Item, quod. instrumentum sigillatum duobus sigillis, scriptum manu Aymonis de Tornafol de Monteluppello, sub anno Dñi M°III^c^III°, V^a die mensis augusti, in quo continetur quod Philippus de Clara, habitator Vienne, promisit dom° Humberto dalphino reddere medietatem furni Serviec, quam acquisiverat idem dom. dalphinus a nobili viro Jocerando de Herasio milite, quotcienscumque eidem Philippo solverentur L^a libre Viennen. per dom. dalphinum vel alium ejus nomine.

169. Item, qued. lictera continens dispensationem factam cum dom° Guigone dalphino, qui juraverat contrahere cum una filia comitis Provincie, qui postea contraxit cum dom^a Beatrice filia dom^i comitis Sabaudie, quia in gradu consanguineitatis erant.

170-*a*. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Aymonis de Tornafol de Montelupello notarii, sub anno Dñi M°CC°XC°III°, sigillatum duobus auctenticis sigillis in pendenti, continens quod frater Aymo magister Hospitalis, tunc Sancti Anthonii Viennensis dicti, aquisivit castrum Sancti Anthonii cum omnimoda juridictione et totum affayre de Montanea et cetera pertinentia ad dictum castrum et ipsum affayre, precio XV^m II^c librarum Viennen. a nobili viro dom. Aynardo domino Castri Novi, de feudo ligio et reddibili

[redacted]

dom^{i} Viennensis dalphini; continens etiam retencionem et investitionem quas fecerunt de predicto feudo dom. H(umbertus) dalphinus bone memorie et dom^{a} Anna consors dalphini Viennensis, et recognitionem et homagium factos predictis dom^{o} dalphino et ejus consorti, et confirmationem et approbationem factam de hiis per capitulum dicti Hospitalis. — Item et quand. aliam sub eodem anno scriptam, contiñe(n)tem confirmationem et approbationem de predictis archiepiscopi Viennensis, duobus sigillis auctenticis sigillatam.

171. Item, quod. aliud instrumentum confectum manu Alamandi de Bellovidere notarii publ., sub anno Incarnat. Dñi M^{o}CC^{o}IIII^{xx}VI°, indict. XIIII, die lune ante Carnisprivium novum, mense febroario, apud Sanctum Donatum, continens donationem castri de Rupe Forti factam per Petrum Pilosii, dominum Rupis Fortis, de dicto castro cum omnibus suis pertinentiis et omnimoda juridictione, illustri principi dom. Humberto dalphino tunc bone memorie, presenti et recipienti et auctorizantis nomine suo et heredum et successorum suorum, facta debita insinuatione eorum ipso dom. dalphino tamquam coram judice competenti, quod castrum et omnia supradicta dictus donator se constituit possidere nomine dicti dom. dalphini donec eorum possessionem apprehendisset.

172. Item, duo publica instrumenta simul connexa, confecta manu Plisfindi notarii publ., continentia redditus quos dom. dalphinus percipit in castro de Valle et Ville Urbane.

173. Item, quand. parvam literam quodam magno sigillo in pendenti sigillatam, sub anno Dñi M^{o}CC.XVII°, mense mayo, continentem quod dom. dalphinus concessit lenutam de Moyrenco Villelmo Chamllardi pro V solid. censualibus perpetuo.

174. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Durandi Ynnardi notarii publ. sub anno Dñi M^{o}CC^{o}LXXVI°, indict. IIII^{a}, VI^{a} die mensis augusti, continens permutationem factam de castro de Moyrenco et mandamento ipsius et de feudis de Sancto Quintino, de Ripis et del Verney et pertinentiis eorumdem, per dom. Guidonem de Tollino, condam dominum castri predicti de Moyrenco et predict. feudorum, ab una parte et dom. B(eatricem) de Vienna, Vienne et Albonis comitissam, recipientem vice et nomine dom^{i} Johannis dalphini filii sui, de parte quam idem dom. Johannes habebat in castro et mandamento de Tollino, sic quod de parte predicta dicti castri de Tollino fuit facta permutatio antedicta ; item continet dict.

[redacted]

instrumentum etiam quod dictus dominus de Tollino, pro se et heredibus suis, recognovit et recepit in feudum reddibile castrum de Tollino predict. a dicto dom. Johanne dalphino, exepto loco qui dicitur Cheypia et loco qui dicitur Moreta [1], et quod dom. dalphinus non posset se cressere in dicto loco et in mandamento nec recipere gardarias seu comendarias sine concensu domini de Tollino, et est dict. instrumentum sigillatum inpendenti duobus sigillis, silic. dicte dom^e comitisse et dicti domini de Tollino.

175. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Johannis Polleti de Montebrisono notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXVI°, die mercurii post octabas Pache que fuit dies II^a mensis aprilis, continens quandam solucionem factam procuratori dom^i comitis Foresii III^m florenorum in exthenuationem debiti in quo dom. dalphinus tenebatur dicto dom. comiti, et continens etiam homagium dicti dom. procuratoris.

176. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Guillelmi Lumbardi sacri palatii notarii, sub anno Dñi M°CC°LXII°, indict. v, die veneris in festo beate Marie decembris, continens solucionem C marcarum argenti factam per dom. Guigonem dalphinum dom^e Margarite uxori marquionis Montisferrati.

177. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Reymundi Esmini de Upasio notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°XXVIII°, die XXII mensis febroarii, XI indict., continens quod Thomassius et Gentilis de Florencia confessi fuerunt ad instantiam dom^i Hen(rici) Dalphini habuisse et recepisse octingentas libras Viennen., computato Turono pro II solid. VIII denar., in quibus ex causa mutui dictus dom. Henricus dictis fratribus tenebatur.

178. Item. qued. litera continens attestationes quorumdam testium deponencium quod, quicquid domini de Royanis tenent in Royanis sive in montanis, tenent a comite Viennensi, et est sigillata tribus sigillis in pendenti.

179. Item, qued. litera sigillata uno sigillo, sub anno Nativit. Dñi M°CCC°XVII°, continens quandam quictationem quatringentorum floren. auri factam per Johannem et Bartholomeum de Bardis et eorum socios Lumbardos dom^o Johanni dalphino Viennensi.

180. Item. quand. litteram sigillo dom Guigonis dalphini sigil-

1. En m. A Nota de Moresta.

[redacted]

latam, sub anno Dñi M°CC°XLIX°, continentem quod Beryllio de Turre, dominus de Vinayco, vendidit dom° Guigoni dalphino precio XXXVI[m] solidorum Viennen. omnia que habebat apud Motam Sancti Anthonii, in castro, villa et mandamento ejus.

181. Item, qued. litere sigillate sigillo dom[i] Guigonis dalphini, continentes quod dom. Briandus de Layviaco dedit castrum de Doyseu [1] dicto dom. dalphino, et dictus dom. dalphinus dictum castrum infeudavit dicto dom. Briando.

182. Item, qued. litere sigillate in pendenti sigillis dom[i] Humberti dalphini condam et dom[i] Ay(mari) de Pictavia, scripte sub anno Dñi M°CC°LXXXIII°, pridie idus julii, continentes redditionem et expeditionem baronie Clayriaci factam per dictum dom. H. dalphinum dicto dom° Ay. de Pictavia, sub modis et conditionibus in ipsis literis contentis [2].

183. Item, qued. littera donationis facta sub anno Dñi M°CC°XCI°, tribus sigillis in pendenti sigillata, continens in effectu donationem quorumdam rerum existencium in mandamento de Pineto per inclite recordationis dom. Humbertum dalphinum et Annam ejus uxorem condam factam domino Bellivisus de Marco.

184. Item, quand. literam auctenticam scriptam sub anno Dñi M°CC°LXX(X)VI°, continentem quod dom[a] Anna bone memorie dedit omnia bona sua dom° Humberto dalphino ejus viro, in recompensationem dampnorum et expensarum factarum per dictum dom. H. in guerra quam habebat cum duce Burgundie de hereditate dom[i] Johannis dalphini patris (!) dicte dom[e] Anne.

185. Item repertum fuit quodd. memoriale continens declarationem et limitationem mandamentorum Bellivisus de Marco et de Septimo.

186. Item, qued. litere sigillate sigillis sex, continen(te)s pronuntiationem arbitralem factam super questione dudum vertenti inter dom. Guillelmum dominum de Bellovidere et dom. Jacobum de Boczosello, in qua pronunciatum fuit quod omnia jura que dom. Albertus de Boczosello habebat, pertineant ad dominam Vallonem consortem dicti dom[i] G. secundum formam dict. literarum ; continent etiam plures alias pronunciationes, confectum sub anno Dñi M°CC°LXVI°, xiiii kalend. novembris.

1. *A*[a] Doycia. — 2. *En m. A* Videantur conditiones.

[redacted]

187. Item, qued. litera sigillo officialis curie Viennensis sigillata, scripta sub anno Dñi M°CCC°III°, II° idus octobris, continens quod Johannes Clavelli et ejus parerii, Aymonetus Escoferii et ejus parerii, Petrus Cochini et ejus parerii, Johannetus Pariol, et omnes et singuli habitatores de Mairieu teneantur solvere domino Bellivisus de Marco, videl. singuli colentes cum duobus bobus teneantur solvere duas bennas avene annuatim, et colentes cum uno bove unicam bennam [1].

188. Item, quod. aliud instrumentum scriptum manu Humb[i] Pilati notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°XX(IX°), indic. XII^a^, die III^a^ mensis januarii, continens homagium factum dom° Guigoni dalphino Viennensi per Georgium de Marcha.

189. Item, quod. al. instrumentum confectum manu Guig. Frumenti notarii publ., sub anno Nativit. Dñice M°CCC°XXXIIII°, indict. II^a^, die XIIII^a^ decembris, continens homagium factum domino nostro dalphino per dom. Arnaudum dominum Rupis Fortis, continens etiam recognitionem ipsius omnium que habet in castro antedicto et apud Clay.

190. Item, quod. aliud instrumentum (*ut praced.*), die III^a^ mensis januarii, continens homagium factum dom° nostro dalphino per Berlionem de Vaura, in quo etiam continetur quod idem Berlio infra certum terminum debuit facere recognitionem plenariam de omnibus hiis que a domino predicto tenebat.

191. Item, quod. al. instrumentum confectum manu Humb[i] Pilati not. pub., sub anno Dñice Nativit. M°CCC°XXIX°, indict. XII^a^, die I° mensis marcii, continens recognitionem factam dom° dalphino per dom. abbatem Sancti Anthonii de castro, villa et mandamento Sancti Anthonii, et homagium ligium ejusdem factum eidem dom° dalphino.

192. Item, quod. al. instrumentum (*ut* 190), continens homagium Anthonii Girini de Sonna factum dom° dalphino, in quo etiam idem Anth. Girini promisit infra certum terminum facere plenariam et particularem recognitionem de omnibus hiis que tenebat a domino.

193. Item, quod. al. (instrumentum) (*ut* 190), continens homagium factum dom° dalphino per Humbertum Argoudi, continens quod

1. *En m.* al Scatur [illegible] castellanus computet de ipsis, de Procuratu boum.

idem Humb. debeat facere recognitionem plenariam infra certum tempus lapsum.

194. Item, quod. al. instrumentum confectum manu Guig. Frumenti de Gracionopoli, sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. ii^a, die xxv mensis julii, continens quod nobiles Hugo Ademarii, dominus Guarde [1], filius dom^i Hugonis Ademarii condam, recognovit et confessus fuit se tenere sub dominio et segnoria [2] dom^i dalphini et domini Medullionis in feudum francum medietatem, videl. partem inferiorem [3].

195. Item, quod. al. instrumentum confectum manu Guig. Frumenti, sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. ii, die iiii mens. januarii, in quo Guillelmus Girardi de Bello Repaire fecit homagium ligium domino nostro dalphino Viennensi et promisit infra certum terminum jam lapsum facere recognitionem particulariter et distincte de omnibus que tenet a domino predicto.

196. Item, quod. al. instrumentum (*ut præced.*), die iii^a men. januar., continens quod nobilis Guononus Retorti confessus fuit et recognovit se esse hominem dom^i nostri dalphini pro terra et redditibus quam et quos habet et percipit in castro, mandamento et territorio de Albone, ante omnes salvo prius domino Rossillionis, et inde fecit homagium dicto dom° dalphino et prestitit juramentum fidelitatis, et (promisit) recognoscere particul. et distin. infra certum terminum jam lapsum.

197. Item, duo alia instrumenta confecta manu Petri Borgorelli notarii sub anno Dñi M°CC°LX(X)V, indict. iii^a, die veneris ante Rogationes videl. die xvi^a kalend. junii, continentia quomodo dom. G(uillelmus) de Bellovidere de Marco vendidit medietatem mistralie quam habebat in civitate et extra civitatem Vienne dom° Guidoni archiepiscopo Viennensi, que mistralia movet de dominio dicti dom. archiepiscopi et dom^i dalphini Viennensis comitis et Albonis.

198. Item, quod. aliud instrumentum confectum manu Stephani de Pineto notarii publ., sub anno M°CCC°XV°, xvi° kalend. maii, continens composicionem factam et concordiam inter dom. B(riandum) Viennensem archiepiscopum et dom. Guigonem dominum Bellivisus et Espineti, super limitationibus territoriorum dict. castrorum et civitatis Vienne et bannis et pasqueragiis eorumdem civitatis et castrorum.

1. *A^a* Garde. — 2. *A^a* sengnoria. — 3. *En m. A* Vacat quia de (licteris) Baroniarum est, *A^a* Videatur instrumentum et ponatur hic que castra tenet a domino.

199. Item, qued. litere pergaminee emanate a magistro Hugone de Gereno officiali Vienne, continentes quamdam compositionem seu concordiam factam inter abbatem Sancti Andree Viennensis, ex una parte, et dom. Randonem dominum Bellivisus de Marco condam et homines ville et parrochie de Moydies, ex altera, super usu pasqueragii, aquarum, nemorum, itinerum et viarum terre dicti domini Bellivisus, sigillate sigillo ipsius dom. officialis, date et scripte XIIIIª kalend. marcii, anno Dñi M°CC°LXXX.

200. Item, qued. litere pergaminee patentes sigillate tribus sigillis auctenticis, continentes homagium et recognitionem factam dom^e Beatrici dalphine condam per Guigonem de Rancurello cap̄, Hermitanum, Ardencum [1], Aymarum, Ancelmum et Arnaudum fratres, Petrum et Arnaudum filios condam Arnaudeti, dominos de Rancurello, de dicto castro Rancurelli reddibili, scripte anno ab Incarnat. Dñi M°CC°XXXVII°, XIª kalend. junii.

201. Item, quod. vidimus factum coram officiali Vienne, scriptum manu Johannis de Cors notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXXIII°, continens quasdam clausulas testamenti dom^i Guigonis domini Bellivisus, in quibus clausulis ordinabat dictus dominus Bellivisus duas capellas et tercium sacerdotem deservientem in ipsis, et eisdem volebat provideri super redditibus Bellivisus de Marco et de Pineto et super quibusdam molendinis ipsius domini Bellivisus.

202. Item, quod. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti, sub anno Nativit. Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. IIª, die IIIª mens. januarii, continens homagium ligium factum per nobilem Hugonem Bermundi de Bellovidere in Royanis dom° dalphino et assignationem factam per dominum dicto Hug. infra certum terminum jam lapsum.

203. Item, quod. instrumentum receptum manu Humb^i Pilati, sub anno Nativit. Dñi M°CCC°XXVII°, indict. VIIª, die Vª mensis februarii, continens homagium ligium factum per dom. Arnaudum de Rupe Forti militem dom° dalphino et recognitionem per eum factam de hiis que habet in castro Austheduni [2] nomine uxoris sue et apud Clay.

204. Item, qued. litere emanate ab officiali curie Lugduni, bullate in pendenti bulla plumbea et sigillo dicte curie Lugdun., data et scripta anno Dñi M°CC°XLII°, mense augusti, continentes quandam

1. Al. Ardicum. — 2. Al. Hosted.

[redacted]

venditionem factam per Guillelmum de Bellovisu, de castro de Falaverio, episcopo Claromontensi precio mille quingentarum librarum Viennen. et asserebat idem venditor dictum castrum de Falaverio teneri in feudum a domino de Turre Pini.

205. Item, quod. instrumentum continens homagium ligium prestitum per dom. Odobertum, dominum Castrinovi, prestitum dom° dalphino et assignationem factam per dom. dalphinum eidem dom. Odoberto ad recognoscendum ea omnia que tenebat a domino infra certum tempus jam diu lapsum, scriptum manu Humb[i] Pilati not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indit. iiª, die xxiª mens. febroarii.

206. Item, quod. instrumentum scriptum manu Johannis de Sancto Johanne, sub anno Dñi M°CCC°XIIII°, indict. xiiª, die iiiiª mensis junii, continens quandam venditionem factam de castro de Ripis per dominum de Thoillino Johanni et Aymaro dominis de Ripis, et retentionem et investituram factam per dom. dalphinum de dicto castro, et limitationes castrorum Bellicrescentis et de Ripis inter eos factas, et plura alia prout in ipso instrumento continentur.

207. Item, quod. instrumentum confectum manu Henrici de Balmis notarii publ. et signatum signis Stephani Pugini et Aymonis de Clusis notarior. publ., sub anno Dñi M°CCC°III°, indict. iª, viii kalend. martii, continens venditionem factam per Johannem Gabi domᵉ Beatrici domine Fucigniacii, de tercia parte mistralie castri de Terracia [1].

208. Item, quod. instrumentum factum manu Humb[i] Pilati not. pub., sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. iiª, die iiiª mens. januarii, continens homagium et recognicionem factam per dominum de Turnone, de villa et mandamento de Tincto, domᵒ dalphino et assignacionem factam per dictum dom. dalphinum eidem domino de Turnone quod recognosceret ea que plus tenebat ab ipso dom° infra certum tempus lapsum.

209. Item, quod. instrumentum factum manu Guig. Frumenti, sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. iiª, die viiiª mens. januarii, continens homagium ligium factum per nobilem Guigonem de Valle dom° dalphino, et assignacionem eidem Guig. factam ad recognoscendum infra certum tempus jam lapsum.

1. *En m. A* Vacat quia de Graysivodano.

210. Item, quod. instrumentum continens dationem cure ad causas et ad lites dom' Guigonis dalphini Viennensis, script... manu Franc. de Montejoco sub anno Incarnat. M°CCC°XXVI°, ... die xxvii° septembris.

211. Item, quod. aliud instrumentum continens homagium ligiu... olim factum dom° Humberto dalphino condam per Fran(ciscum) dominum Castri Novi, filium dom' Aynardi de Castro Novo, et quo... recognovit de feudo reddibili se tenere a dom° dalphino dictum Castrum Novum cum suo mandamento et villam de l'Alben, scriptum manu Nicholay Chalveyronis de Ponte in Royanis notarii publ. su... anno Dñi M°CCC°IIII°, indic. II, XVI die mensis maii, et in eadem pelle continetur instrumentum emancipacionis dicti Fran(cisci).

212. Item, qued. litere emanate a dom° Jacobo Burgarelli de Turre, judice domini de Turre Pini, continentes publicationem testamenti dom' Guillelmi de Bellovidere et tenorem ipsius testamenti, scripte XV kalend. januarii anno Dñi M°CC°LXXVII°.

213. Item, quod. publicum instrumentum continens homagium nobilis Arthaudi domini Clavaysonis per eumdem prestitum dom° dalphino et recognitionem per eum factam dom° dalphino, medietatem trium parcium dominii et segnorie castri et mandamenti Servie, item III obolos quos percipit in pedagio Rodani pro qualibet saumata salis, item jus suum quod habet in pedagio veteri Servie per terram, item medietatem furni Servie, item x sestaria et III cartalia frumenti censualia, VI solidos census que percipit in dicto castro Servie, item terciam partem quinte partis de Rovoyroles, item pro quolibet agricola tenente boves I cartale avene, item plura alia feuda nobilia et innobilia que habet in dicto mandamento Servie, item circa XV hospicia hominum quos ibidem cum Poncio de Las habet pro indiviso et circa VIII° hospicia seu homagia nobilium que pro indiviso habet cum dom° Ponczono in dicto mandamento; necnon et assignationem ad plenius recognoscendum infra certum tempus jam lapsum, scriptum manu Humberti Pilati de Buxeria sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. II°, die III° mensis januarii.

214. Item, quod. aliud iustrumentum confectum manu Guig. Frumenti not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. II°, die III° mens. januarii, continens homagium factum per nobilem Guillelmum Melerii dom° dalphino et terminum assignationis ad recognoscendum jam lapsum.

[redacted]

215. Item, quod. al. instrumentum (*ut præced.*), continens homagium Franc(isci) Tayllifer de Moyrenco et terminum (*ut ibid.*)...

216. Item, quod. instrumentum factum manu Jacobi Chaunerii, sub anno Dñi M°CC°LXXXIII°, indict. xiª, pridie idus augusti, sigillatum in pendenti sigillis dom' dalphini et dom' archiepiscopi Viennensis, continens compromissum tantummodo factum inter dictum dom. dalphinum et archiepiscopum super feudo de Chalmen et de Alta Ripa.

217. Item, quod. instrumentum confectum manu Guillelmi de Alucio notarii publ. sub anno Dñi M°CC°LXIII°, indict. viª, kalend. augusti, sigillatum in pendenti tribus sigillis, continens donationem Castri Novi Viennensis factam per Aynardum dominum Castri Novi dom° Guigoni dalphino condam, et infeudationem factam per dictum dom. dalphinum eidem Aynardo de dicto castro et recognitionem ejusdem factam per dictum dom. Aynardum dicto dom. dalphino.

218. Item, quod. instrumentum continens homagium factum per nobilem Petrum de Insula de Scabeolo dom° dalphino et terminum assignationis ad recognosc. jam lapsum, scriptum manu (*ut* 214) [1].

219. Item, quod. instrumentum factum manu Guig. Frumenti, sub anno Dñi M°CCC°XXXVIII, indict. viª, die vª mensis madii, continens homagium factum per Guillelmum Chiper notarium dom° dalphino.

220. Item, quod. aliud instrumentum factum manu Humb' Pilati, anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. iiª, die iiiª mens. januarii, continens homagium factum per Henricum Berengarii, dominum de Ponte in Royanis, dom° dalphino et recognitionem per eumdem factam de castris Rancurelli, Gracionopolit. diocesis, et de Castellutz, Diensis diocesis, et terminum assignationis ad plenius recognoscendum infra certum tempus.

342. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti not. pub., sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indic. ii^{a}, die xvii^{a} mensis febroarii, continens homagium prestitum per Guiotum Ferlay domicellum racione castri Montis Luppelli contra omnes alias personas, excepta tamen fidelitate in qua tenetur dictus Guiotus domino Miribelli, quod homagium prestitit domino nostro dalphino, et terminum assignacionis ad recognoscendum certum tempus diu est lapsum.

343. Item, qued. lictera continens aliquam concordiam ad tractatum amicorum factam inter religiosos viros dom. Guillelmum abbatem et conventum monasterii Boni Vallis, Viennensis diocesis, ordinis Cistarciensis [3], ex una parte et habitatores parrochie de Villa

1. *A*^{a} Bossosello. — 2. *A*^{a} occies. — 3. *A* Sis...

[redacted]

Nova ex altera, super pascuis dicte parrochie et dicti monasterii.

344. Item, qued. littere scripte sub anno Dñi M°CC°XLII°, x kalend. augusti, sigillate x sigillis, continentes testamentum Syboudi domini Bellivisus de Marco.

345. Item, qued. al. littere scripte anno Dñi M°CC°LXVII°, III° nona junii, sigillate in pendenti duobus sigillis, continentes quod dom. Artaudus, dominus Rossillionis, dedit dom° Guigoni dalphino quitquit habebat in domo de Landrus et in villa et parrochia de Espinosa, cum pluribus condicionibus in ipsis litteris contentis.

346. Item, quod. instrumentum scriptum manu Guillelmi (de) Ulcio notarii publ., sub anno Dñi M°CC°L.VIII°, indict. I^a, die veneris post octabas Apericionis Domini, continens donationem factam dom° dalphino per Guichardum, fratrem Lumbardi de Vinay, de omni jure quod habebat in bonis dicti Lumbardi fratris sui [1].


347. Item, qued. littere scripte sub anno Dñi M°CC°XXXIIII°, III° idus januarii, continentes quod Guillelmus de Bello Visu dedit Guillelmo Philosio quicquid habebat apud Pinetum.

348. Item, quod. instrumentum (*ut* 342), die II^a mens. januarii, continens fidelitatem et recognicionem prestitam per nobilem Guillelmum Jarreti de Castro Duplo, nomine suo ut dicebat et Jaymeti fratris, domino nostro dalphino de omnibus hiis que habent, sive sint possessiones, res ac totum affare quod et quas tenent apud Cabeolum et in mandamento et territorio ejusdem, et terminum (*ut ibi*).

349. Item, quod. instrumentum scriptum manu Petri Johannayres de Bauna, Paduensis diocesis, auctoritate imperiali notarii publ., sub anno Nativ. Dñi M°CCC°XXIX°, indic. XII^a, die III^a mensis febroarii, continens quod providus vir Johannes condam Rossi de Javifillacii de Florencia, apud Romanam curiam in civitate Avinionensi personaliter constitutus, fecit, constituit et ordinavit suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et negociorum gestorem ac nuncium specialem discretum virum Bartholum alias nominatum Bardo condam Setis de Florentia presentem, ad petendum et omnia faciendum que in dicto instrumento continentur.

350. Item, qued. littera tribus sigillis sigillata, (s)cripta sub anno Dñi M°CCC°X°, die veneris ante (festum) b' Bartholomei apostoli, continens quoddam compromissum factum inter dom. Guillelmum de-

1. En m. : Videatur pro facto de Nerpo.



canum et capitulum sancte Viennensis ecclesie, ex una parte, et dom. Guigonem dominum Bellivisus, ex altera, super omnibus causis usque ad presentem diem.

351. Item reperta est qued. littera duobus sigillis sigillata inpendenti, scripta sub anno Dñi M°CC°LXXVI°, die dominica ante festum b° Marie Magdelenes [1], emanata a dom° Francisco de Bernenc, judice tunc dom' comitis Sabaudie, et dom° Anthonio de Turnone milite, bayllivo in dicta terra pro dicto comite, continens limitationes et terminos territoriorum et juridictionum castrorum de Septemo ex una parte, de Bello Videre ex altera et de Sancto Jeorgio de Esperenchia ex altera, ordinatos et declaratos per dictos bayllivum et judicem de consensu domini de Bello Videre de Marcó ; et primus terminus incipit a ponte Eveste et tendit per iter quo itur versus et per ante portam de Lagier, et a porta de Lagier per viam de Playni usque a la charpena de Murz, et de charpenā de Murz per combam de Val Freyde usque ad aquam que vulgaliter dicitur Vessanna, et a dicta Vessanna recte usque ad sorbaut de Fromental, et a dicto sorbaut versus pratum quod tenet Aymo Tormerz de dom° Guillelmo de Villa Nova, et a predicto prato recte usque ad carsatam stagni condam dom' Alberti de Barnol' militis ; et continetur etiam in dicta lictera quod animalia de Septemo possunt intrare causa pasquerandi territorium de Bello Videre et animalia de Bello Videre possunt intrare territorium de Septemo, qualibet nocte debent redire ad tecta sua sive cubilia sine aliqua exactione : et ita fuit cognitum et ordinatum per dom. Petrum de Uncteu et dom. Guillelmum de Villa Nova milites, et approbatum per dictos dd. judicem et bayllivum et dominum de Bellovidere, ut in dicta littera continetur.

352. Item, quod. publ. instrumentum (*ut* 342), die IIIª mens. Januarii, continens homagium ligium de persona per Petrum Morelli de Albone dom° nostro dalphino et terminum (*ut ibi*) et quedam alia in dicto instrumento contenta.

353. Item, quod. al. instrumentum (*ut* 348), continens quod nobilis Hugo Larderie de Tuyriaco, procurator et procuratorio nomine ad hec dom' Bertrandi de Monte Meyrano militis, confessus fuit... et publice recognovit se tenere et tenere debere in feudum francum et nobile a domino nostro dalphino omnia universa et sin-

1. *A* Mand...

[redacted]

gula que dictus dom. Bertrandus vel alius pro eo habet, tenet et possidet in castro, mandamento, districtu et territorio Cabeoli, nichilominus ipsum dom. Bertrandum teneri et debere, in casu in quo dictum castrum Cabeoli per quemcumque obsideretur vel obsidi speraretur, intrare personaliter dict. castrum Cabeoli cum armis sibi decentibus, et terminum (*ut* 342).

354. Item, quod. publ. instrumentum (*ut* 352), continens quod Johannes Girini de Sonna recognovit se esse hominem ligium de persona magnificis viri dom. Humberti dalphini Viennensis et eidem homagium cum juramento debito prestitit, et fuit sibi dies adsignata ad particulariter recognoscendum ea que tenet a domino et fuit protestatus per dict. dominum de jure suo.

355. Item, qued. littere scripte sub anno Dñi M°CC°LXXIIII°, continentes quandam composicionem factam inter dom. Silvonem, dominum de Clayriaco, et dom. Lambertum, dominum de Scabiolo, super facto Pissansiani.

356. Item, qued. littera quodam sigillo in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LII°, continens quod dom. Folco de Sancto Georgio obligavit dom° Guigoni dalphino Viennensi, pro C libris Viennen., jura universa que habebat in poypia de Sancto Georgio et in Cornatis cum quibusdam aliis.

357. Item, quod. instrumentum publ. scriptum manu Petri Chaurini notarii publ., sub anno Dñi M°CC°LXV, indict. VIIIª, die XIIIª mensis augusti, continens recognicionem factam per dom. Guillelmum de Illino et Secletum ejus nepotem dom° Guigoni dalphino, de medietate pro indiviso castri de Illino et inde idem dom. Guillelmus et ejus nepos prestiterunt eidem dom. Guigoni homagium ligium; item confitetur eciam idem dom. Guillelmus de Illino et eciam recognoscit eidem dom° Guigoni... se habere et tenere in feudum et nomine feudi ab ipso..., videl. castrum seu bastidam Montis Bonu[illegible] de Costis, et quod ipsum castrum seu bastidam tenetur ipsi dom[illegible] Guigoni dalphino et suis reddere quandocumque ab ipso seu ali[illegible] ejus nomine extiterit requisitus, et inde fecit pro predictis homagi[illegible] et recognicionem.

358. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Stephani [illegible] Illuriaco notarii, sub anno Dñi M°CCC°XX[illegible]XIIII°, continens homagium nobilis Rollandi de Veyna prestitum [illegible]om° dalphino.

quas promissit solvere eidem domine, una cum III^{m} solidor. pro aquirimmento de Tollino.

365. Item, qued. lictera officialis Viennensis, scripta sub anno Dñi M°CCC°IIII°, continens quod dom. Humbertus de Miribello, nomine dom° Philippe uxoris sue, confessus fuit habuisse a dom° Drodone domino Bellivisus de Marco, patruo dicte dom° Philippe, de dote ipsius domine, videl. VIII^{c} libras bonorum Viennen.; — 366. Item, alia lictera scripta anno Dñi M°CC°XC°VIII°, continens quod idem dom. Humbertus de Miribello confessus fuit a dicto dom. Drodone habuisse ex causa predicta IIII^{c} libras bonorum Viennen.

367. Item, qued. littere duobus sigillis in pendenti sigillate, scripte sub anno Dñi M°CC°LX°V°, mense junii, continentes quod dom. R(ainaldus) comes Forensis et dominus Bellijoci et Ysabella comitissa Forensis et domina Bellijoci, uxor ejusdem, posuerant in fidejussione quadam dom. Guigonem dalphinum in manu Hugonis Michalli, super II^{m} et quadringentis libris Viennen.

368. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Petri Chaurini notarii pub., sub anno Dñi M°CC°LX°II°, indic. nona, pridie kalend. junii, continens quod dom. Symondus de Anjo fecit homagium ligium dom° Guigoni dalphino Viennensi et confessus fuit tenere ab eodem omnia ea que tenebat apud Jarceu.

369. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Martini de Castro Forti notarii publ., sub anno Dñice Incarn. M°CCC°XL, ultima die mensis maii, continens quod omnes persone tocius mandamenti et castri Balme Ostoduni quictaverunt et remiserunt dicto notario, stipulanti et recipienti nomine magnifici principis dom. Humberti dalphini Viennensis, quicquid ipse et predecessores sui habuerant ab eisdem.

370. Item, qued. littera duobus sigillis sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LXXI°, die veneris post Reminiscere, continens compromissum factum inter dominum de Turre ex una parte et dom. Hyssabellam comitissam Forassii, dominam Belli Joci, ex altera super omnibus injuriis et c[a]eteris) et specialiter super facto de Lent.

371. Item, qued. littera sigillata in pendenti, scripta sub anno Dñi M°CC°XXX°, XVI° kalend. febroarii, continens quod dom° Margarita filia condam dom° Beatricis duchisse et Vienne comitisse, confess[a] fuit habuisse a dom° Andrea dalphino fratre suo centum marcas

argenti pro legato sibi facto per dictam dom. Beatricem et quitationem de predictis.

372. Item, qued. littera in pendenti sigillata, continens quod dom. Hugo Richardi confessus fuit se tenere in feudum a dom° Guigone dalphino quitquid habebat in castro et mandamento de Perau et pertinentiis ejusdem, et pro predictis homagium ligium eidem fecit, scripta sub anno Dñi M°CC°LIII°, indict. xiª.

373. Item, quod. instrumentum scriptum manu Berengarii Crispini, sub anno Dñi M°CC° octuag° VII°, ixª septenbris, continens inventarium bonorum receptorum a Johanne de Cruce [1] per Jacelmetum de Prayvellum, castellanum de Valle, nomine dom^{i} dalphini racione dicte castellanie.

374. Item repertum est quod. memoriale comitis Gebennensis, continens concordias factas inter ipsum comitem et dom. Guigonem dominum Fucigniaci, super castro Gallardi, videl. quod dominus Fucigniaci possit facere guerras contra quascumque personas et contra comitem Sabaudie, et plura alia que in dicto memoriali continentur sigillatoque duobus sigillis in pendenti.

375. Item, qued. littera cujus sigillum non apparet, scripta sub ınno Dñi M°CC°XXXIX°, v° idus madii, continens quod Guillelmus ɩichardi et uxor condam Petri de Bellagarda, mater et tutrix libeɔrum ejusdem, atque Jocerandus Aymari tutorio nomine cesserunt ıperpetuum castrum de Bella Guarda sub dominio Viennensis et bonis comitatus, ipsum castrum de feudo ejusdem comitatus sussiɜntes in feudum reddibile.

ɩ76. Item, qued. littera scripta anno Dñi M°CC°LI°, vii° ydus tenbris, continens quod Philippa comitissa Valentina dedit ;erio, filio viri nobilis Petri Bermondi, castrum et terram de riaco et quod rogabat dom. Guigonem dalphinum quod dictum ɜrium retineret de dicta terra et investiret.

7. Item, quod. vidimus factum sub anno Dñi M°IIIᶜXXXV°, die ti in festo b^{i} Martini hyemalis, scriptum manu Johannis de giis, continens testamentum Sylvonis de Clayriaco.

'. Item, quod. instrumentum scriptum manu Stephani Roberti ɩinco notarii publ. et signatum signis aliorum sex notariorum, no Dñi M°IIIᶜXL°, indic. viiiª, die xxª mensis junii, conti-

Turre.

nens homagium prestitum per nobilem virum Aynardum vice comitem et dominum Clarimontis dom° Humberto dalphino Viennensi, salvo homagio ecclesie Viennensis, nec non et recognicionem per ipsum dominum Clarimontis factam de castris de Viriaco, de Peladruco, de Sancto Stephano de Voluleyno, de parrochia Sancti Germani de Cormorasa, de castro de Alta Rippa, de medietate bastide de Divisino; continens etiam quod idem dom. dalphinus dictum Ay. fecit vice comitem Clarimontis in Triviis et de Royssanis, Dyensis diocesis, continens eciam plures pactiones et convenciones inhitas inter dictum dom. dalphinum et vicecomitem Clarimontis, que in presenti regestro propter prolixitatem narrari non possunt.

379. Item, qued. litere scripte apud Sanctum Albanum, in domo abbatis Sancti Petri foris portam, coram notario officialatus Lugdunensis, sub anno Dñi M°CCC°VII°, die xxviii^a mensis marcii, que debuerunt sigillari sigillo officialis Lugduni et sigillo archiepiscopi dicti loci, licet sigillate non fuerint reperte, continentes quod nobilis Jacobus dominus de Geireysio dabat dom° Guidoni Dalphini castrum suum de Viriaco situm supra castrum de Malavalle, Viennensis diocesis, et domum suam de Chavannay, ejusdem diocesis, cum suis juribus et pertinentiis, et originale est registratum in registro instromentorum terre Turris.


SEQUNTUR INSTRUMENTA DOMINORUM AYMARI ET LUDOVICI DE PICTAVIA ET ALIORUM PICTAVIENSIUM

Continentia homagia et recognitiones per eosdem factas et facta domino nostro dalphino Viennensi.

380. Primo, quedam litera sigillata tribus sigillis, scripta anno Domini M°CC°XXIII°, continens quod Aymarus de Pictavia petebat a dalphino XXX^m solidos pro restitutione dotis filie ipsius dom^i Aymari de Pictavia uxorisque dicti dom^i dalphini, et fuit concordatum quod eidem Aymaro solverentur XX^m, prout hec et plura alia in dicto instrumento continentur.

381. Item, qued. litera in pendenti quinque sigillis sigillata, scripta sub anno M°CC°LVIII°, continens recognitionem factam dom° dalphino de castro et burgo Stelle per Aymarum de Pictavia, et plures alias conditiones in ipsa litera contentas.

382. Item, qued. lictera duobus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°II^c octuag° III°, pridie idus julii, continens


tractatum habitum inter dom. Humbertum dalphinum Viennensem ex una parte et dom. Aymarum de Pictavia, comitem Valentinum, ex altera, super contractu matrimonii unius filiarum dicti dom. dalphini et unius filiorum dicti dom. Aymari.

383. Item, qued. litera sigillo dom^{i} Aymari de Pictavia in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LXXXVII°, die martis post festum Nativitatis Domini mense decembri, continens promissionem factam per dictum dom. Aymarum dom^{e} Anne dalphine et dom^{o} Humberto ejus marito, de reddendo et quittando obligationem eidem dom. Aymaro per dictos dominos in dominum factam de castro de Cabeolo, quod sibi obligaverant pro II^{m} libris Turonen. parvorum et pro expensis et interesse inde sustentis.

384. Item, qued. litera sigillo dom^{i} Aymari de Pictavia in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°II^{c}LXXXIIII°, die mercurii post festum beati Vincentii, continens quod dom. Ademarus predictus confessus fuit se tenere baroniam et feudum baronie terre Clariaci et Rupis de Cluy tenere reddibilem a dom^{o} dalphino, et confessionem etc. ipsius dom. Ademari de homagio inde debito.

385. Item, quod. vidimus emanatum ab officiali Gracionopolis, confectum manu Johannis Amandrini et subscriptum et signatum manibus Raimundi Villeti et Johannis de Valle notariorum public., sub anno Nativit. Dñi M°III^{c}XXXIIII°, II° indict., die IX^{a} mensis junii, cujus originale continet homagium dom^{i} Aymari de Pictavia, comitis Valentini, prestitum dom^{o} dalphino pro castris infra scriptis, videl. pro castris Montis Clari, Verone, Podii Acuti, Mon(asterii) et juribus eorumdem, secundum continentiam et formam in dicto instrumento confecto.

386. Item illico repertum fuit originale supra designatum, scriptum ma(nu Ai)monis Ortolani notarii publ., sub anno Dñi M°CC°XC VIII°, die VII^{a} septembris, XII^{a} indict., continens in effectu verba que superius proxime enarrantur.

387. Item, quod. publicum instrumentum scriptum manu Bartholomei de Privatio, Vivariensis diocesis, sub anno Incarnat. Dñi M°CCC° VIII°, videl. die festi b^{i} Laurentii, continens recognitionem factam dom^{o} Johanni dalphino Viennensi per dom. Aymarum de Pictavia, qui confessus fuit se tenere a dicto dom. dalphino in feudum et de feudo ipsius turrim antiquam, salam et burgum castri de Stella, prout in instrumentis recognicionum alias factarum continetur, item jus quod

[redacted]

habet in castro Sancti Nazarii et pertinentiis ejusdem, item feudum quod ipse habet in parte quam tenet dom. G(uilellmus) de Pictavia in terra et segnoria castri Clariaci et Rupis de Cluy, item et castrum Montisclari cum ejus pertinentiis, et omnia alia si plura reperirentur dicto dom. dalphino et ejus antecessoribus recognita in instrumentis seu cartis per ipsum factarum dom° G(uigoni) dalphino condam vel dom° Humberto olim dalphino patri domi Johannis, et pro predictis dictus dom. Aymarus homagium ligium dicto dom. dalphino prestitit.

388. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Raimundi Esmini de Upaysio notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°XXXII°, die XIXa mensis septembris, continens quod dom. Aymarus de Pictavia, comes Valentinen. et Diensis, confessus fuit et recognovit se tenere et tenere debere in feudum dom° Guigoni dalphino Viennensi res infrascriptas, videl. castrum de Stella sub certa forma, item terram suam de Roanis, terram Clayriaci, Montis Clari sub certa forma, castrum de Verona, medietatem ville de Taulignano, Pontem Aujart, medietatem et duodecimam partem Audefredi et territoria que sunt citra aquam vocatam Les, et feudum quod tenent in mandamento dicti castri heredes P(etri) de Montejovis, et plura alia feuda in dicto instrumento declarata et specificata, et inde prestitit eidem dom. dalphino homagium sub forma in dicto instrumento contenta.

389. Item, quod. al. instrumentum manu notarii proxime dicti confectum, sub anno, indict., die et loco quibus supra, continens etiam verba in effectu que in alio proxime dicto instrto continentur.

390. Item, quod. pub. instrumentum (*ut* 388)... Upasio... an. Incarn. Dñice... bris, Ie indict., cont. q. d. A. de P., c. V. et D. recogn. se ten. de feudo et dominio di Guigonis dalph. Vien. res et bona infrascripta, vid. castrum de Stella prout in instrumento compositionis condam facte inter predecessores dict. dominorum plenius continetur, it. terram suam de Royanis et terram Clayriaci quam tenet a dicto dom. Aymaro dom. Guillelmus de Pictavia, Montem Clarum, Bellum Fortem cum territorio, excepto facto Monasterii quod fuit domi episcopi Valentinen. et Diensis, castrum (*l.* 8)... ano et Pont... Les versus dict. castrum, et feud... castri ab eo ultra dict. aquam versus Alanconem her. Petri de Monte Jovis, item et quedam alia feuda in dicto instro contenta.

391. Item, quod. publ. instrumentum confectum manu Guig. Frumenti et subscriptum manu Humbi Pilati not. pub., sub anno

[redacted]

Dñi MºCCCºXXXVIIIº, indict. viª, die xxvª mensis aprilis, continens homagium et recognitionem facta domino nostro dalphino per dom. Aymarum de Pictavia, videl. de castro et burgo Stelle, item terram de Royanis, de Monteclaro et plura alia feuda specificata et declarata in eodem instrumento [1].

392. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti not. pub. et subscriptum manu Raimundi Humberti de Chapilliano notarii publ., sub anno Dñi MºCCCºXLIIº, indic. xª et die iiiiª mensis aprilis, continens recognicionem et homagium prestitum et factam ill[i] principi dom. Humberto dalphino Viennensi per magnificum virum dom. Ludovicum de Pictavia, videl. castrum de Stella, item terram de Roanis et de Monte Claro et plura alia specificata in eodem instrumento.

393. Item, quod. al. instrumentum publ. scriptum manu Stephani de Mascone notarii publ., sub anno Dñi MºCCCºXIIIIº, die vi mensis decenbris, continens recogniciones homagiorum factas per homines de Romanis Guigoni Brossii, recipienti nomine dom[i] nostri dalphini, et promissionem factam per ipsos homines de dando dicto domino certam quantitatem pecunie anno quolibet, prout de predictis omnibus in dicto instrumento plenius dicitur contineri.

394. Item, quod. al. instrumentum publ. scriptum manu Guig. Frumenti not. pub., sub anno Dñi MºCCCºXLIº, die xxviiiº maii, continens hostagiamentum nonnullorum hominum de Romanis in ipso instrumento nominatorum et prout in eodem continetur.

395. Item, quod. al. publ. instrumentum scriptum manu Guillelmi Gay, filii Boni Gay, et receptum ipsius Boni, sub anno Dñi MºCCº octuagº IIIº, indict. xiª, die sabati post festum b[i] Martini, continens quod Guillelmus de Ulaysano et plures alii homines de Romanis in dicto instrumento nominati se posuerunt in salva garda dom[i] dalphini Viennensis et promisserunt se daturos et solituros anno quolibet dicto dom. dalphino et ejus nuncio certas penciones auri et cere in dicto instr[to] concessas.

396. Item, quod. al. publ. instrumentum scriptum manu Petri de Curia et subscriptum manu Guig. Frumeti notariorum public., sub anno Dñi MºCCCºXLIº, die xxiª mensis maii, continens quandam

1. *Au bas du fol. xlvj v°* : In isto quaterno alubi invenientur plures quam hic sint simul.

[redacted]

amicabilem concordiam seu transsactionem factam inter ill^{em} principem dominum nostrum dom. Humbertum dalphinum Viennensem et nonnullos homines de Romanis, nominibus suis et aliorum hominum universitatis predicte, super diversis et mutuis questionibus et rancuris, prout in ipso instrumento plenius continetur.

397. Item, quod. al. instrumentum publ. scriptum manu Alberti de Brayda notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°III°, XIII^{a} mensis junii, continens vendicionem cujusdam domus factam ill^{i} principi dom^{o} nostro dalphino per dom. Arnaudam uxorem condam dom^{i} Richardi Berardi, que domus sita est apud Cerviam, juxta fortalicium castri de Cervia, confrontata a parte una cum ecclesia dicti castri, via in medio, et a parte alia cum hospicio Guigonis del Frayseus, precio XXX^{a} et V^{c} librarum Viennen. prout in ipso instrumento continetur.

398. Item, qued. lictera in pendenti duobus sigillis sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LX°V°, continens compromissum factum inter dom. Philippum Dei gratia prime Lugdunensis ecclesie electum ex una parte et ill^{em} principem dom. Guigonem dalphinum Viennensem ex altera, qui se compromisserunt in ven^{les} viros Guigonem Payani, Humbertum dominum de Monte Luppellio, magistrum Guillelmum de Varey et magistrum Johannem de Goncelino, tanquam in arbitratores amicabiles, super questionibus et querelis quas habebant ad invicem super feudo castrorum de Annonyaco et de Argentaut, quod dicebat dictus dom. electus ad se pertinere ratione ecclesie Lugdunensis, et super castro de Septemo et pertinenciis mandamenti ejusdem, quod dictus dom. dalphinus dicebat ad se pertinere racione dominii et esse de feudo suo, et super omni questione mota et movenda inter ipsos, dantes et concedentes quod predicti quatuor possint predictas questiones et querelas determinare secundum voluntatem suam, pacem vel transactionem faciendo prout eis videbitur, et quitquid predicti quatuor vel duo de ipsis terminaverint cum consilio ill^{is} viri dom. Petri comitis Sabaudie, quod habere et sequi teneantur inviolabiliter prout in ipso instrumento continetur [1].

399. Item, qued. littera septem sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LX°VI°, continens pronunciacionem, pacem et concordiam factam seu factas inter illustres et potentes viros dom. Philippum Dei gratia prime Lugdunensis ecclesie (electum) et dom.

1. *En m.* De facto archiepiscopi Lugdun. Videatur pro facto Septimi.

[redacted]

Guigonem dalphinum Viennensem, per dños Guig. Pagani militem, Humb. dominum Montis Luppelli, Guill. de Varey, Joh. de Goncelino arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus datis et electis ab ill[bus] viris supradictis, prout in littera supra scripta plenius continetur ; qui dicti dd. arbitri, presente ill[i] principe dom. Petro comite Sabaudie et conscenciente, dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt dictas partes amicabiliter componendo in hunc modum : in primis, quod si predicti dom. electus et dalphinus aliquod habent odium ad invicem racione predict. questionum, pro se et suis valitoribus jurendo pacis invicem federa totaliter remictant ; voluerunt eciam et ordinaverunt quod predictus dom. dalphinus omne jus et actionem que sibi competunt in castro et mandamento de Septemo aut villa de Sperenchia ac pertinentiis ipsarum quittet et totaliter remittat dicto dom. electo et ejusdem successoribus ; et voluerunt et diffinierunt quod in recompensacionem remicionis predicte, dictus dom. electus det et assignet in feudum infra unum annum a festo Omnium Sanctorum unam domum fortalicie atquirendam vel acquisitam et sitam inter Rodanum et Yseram, cujus domus pertinentia valeant centum libras Viennen. annuatim, et feudum dicte domus et pertinentia penes dictum dom. dalphinum remaneat et successores ejusdem, et quod si dictus dom. dalphinus dictum feudum aquirere voluerit usque ad dict. tempus, dictus dom. electus teneatur eidem solvere quingentas libras Viennen. : quod si non faceret, teneatur facere prout supra scriptum est ; item voluerunt, diffinierunt et ordinaverunt quod dictus dom. electus bona fide procuret prout melius poterit qualiter decanus et capitulum Lugdunens. quittet et remittat predicto dom. dalphino omnes jus, querelam et actionem que sibi competunt et competere possunt in castris de Annonay et de Argentaut seu feudo eorum, et predicta fieri faciat usque ad Carniprivium proximum, et plura alia continens prout in ipsa continetur.

400. Item, qued. al. littera tribus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°XXX°, mense januarii, continens quod dictus dom. dalphinus Viennensis accepit in feudum ab archiepiscopo Lugdunensi et capitulo ejusdem castra de Annonay et de Argentaut, et homagium pro predictis prestitum per eundem et unionem et alligationes factas inter ipsos.

401. Item, qued. al. lictera duobus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LX°I°, die jovis in quindena Purificatio-

nis beate Marie, continens quoddam compromissum factum inter potentes viros dom. Philippum electum Lugdunensem, nomine suo et capituli Valentinensis, ex una parte et dom. Guigonem dalphinum ex altera, super questionibus que inter ipsos movebantur super facto de Annonay et de Argentatz nomine ecclesie Lugdunensis, et super quibusdam rebus aliis nomine ecclesie Valentinensis contentis in dicta littera ; et pro parte dicti dom. dalphini super castro de Septemo et territorio ejusdem et pluribus aliis rebus in ipsa contentis, super quibus se compromiserunt in nobilem et potentem virum dom. Hugonem ducem Burgondie, Bernardum obedianciarum Sancti Justi ecclesie Lugdunensis et in magistrum Johannem de Goncelino, modo et forma in dicta littera contentis.

402. Item, qued. al. lictera duobus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LX°II°, die XIIII° kalend. decembris, continens compromissum factum inter predictos dom. electum Lugdunensem et dom. Guigonem dalphinum, qui se compromisserunt in dños Hugonem ducem Burgondie et Odonem comitem Niverniensem, super questionibus castrorum de Annonay, de Argentautz, de Septemo et de Villa Nova, continens etiam plures petitiones factas per dictos arbitros et responciones factas per dictas partes, continens eciam plures convenciones et pacta jurata et conventas inter dict. partes, prout in ipsa plenius continetur.


403. Item, qued. litera in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LXVII°, nonas junii, continens compromissum factum per dom. Guigonem dalphinum condam ex una parte et dom. Arthaudum de Rossillione (et) Guillelmum ejus filium ex altera, super feudo et dominio castri de Rossillione.

404. Item, quod. instrumentum scriptum manu Alberti de Brayda notarii, sub anno Dñi M°CC°XC°III°, die veneris post festum b' Nich(olai), continens donationem factam per Pontium dominum Montislauri dom° dalphino, de jure quod habebat in mandamento Pisanciani dict. Poncius.

405. Item, quod. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti not., sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, die VIIIa mensis januarii, continens homagium prestitum domino nostro dalphino per Raimundum de Valle et assignat. termin. ad recognoscendum jam lapsum.

406. Item, quod. instrumentum scriptum manu Alamandi de Bellovidere notarii, sub anno Dñi M°CC°LXXVII°, die lune ante festum

[redacted]


b[t] Johannis Baptiste, continens homagium prestitum dom° nostro dalphino Johanni et recognitionem sibi factam, de castro et burgo de Stella, de Crista et plurium aliorum rerum, per Aymarum filium Aymari de Pictavia.

407. Item, qued. litera in pendenti sigillata quatuor sigillis, data sub anno Dñi M°CC°LXXIX°, die sabbati ante festum b[t] Thome apostoli, continens compromissum factum inter dom. episcopum Valentinum, nomine dom[i] archiepiscopi Viennensis, ex una parte et dom. Humbertum Dalphini ex altera.

408. Item, qued. litere confecte sub anno Dñi M°CCC°XXXIX°, in quibus continetur quod Hugo Chalom, Aymarus Corneti, Falco Alamandi, Guillelmus de Aymo, Johannonus de Borsiaco, Symondus de Mercurol, Johannes Clavelli, Dronetus de Borsiaco, Maronus de Chamo, Falco Mangnoni, Ancelmetus Boudeti confessi fuerunt esse homines dalphinales.

409. Item, quod. instrumentum factum manu Guarini notarii publ. sub anno Incarn. Dñice M°CC°LXXV°, VII kalend. aprilis, continens quod preceptor in Viennesio militie Templi recognovit se tenere a dom° dalphino castrum de Planeysia cum suo mandamento et territorio et locum de Vourey [1].

410. Item, quod. publ. instrumentum confectum manu Humb[t] Pilati not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. II[a], die XXIII[a] mensis januarii, continens transactionem factam inter dom. Humbertum dalphinum ex una parte et dom. Berardum de Lanief de Ysarone ex alia, super pluribus quantitatibus florenorum et pecunie petitis per ipsum dom. Berardum a dom° dalphino, continens etiam homagium et recognitionem factum et factam per ipsum dom. Berardum dom° dalphino predicto.

411. Item, quod. instrumentum confectum (*ut* 405), die III[a] mens. januarii, continens recognitionem Ponczoni de Montiliis, qui confessus fuit tenere in feudum a dom° dalphino omnes terras et redditus que ipse habet in mandamento et territorio de Cabeolo.

412. Item, qued. litere auctentice sigillate duobus sigillis in pendenti, sub anno Dñi M°CC°LXX VIIII°, die mercurii ante Pascha, continentes pacta et convenciones factas inter dom. Humbertum dominum de Turre et dom. Silvonem de Clariaco super deffensione

1. *En m.* Perquiratur pro facto domini Tollini.

domorum suarum de Pisanczano et super aliis pacionibus in dictis literis contentis.

413. Item, qued. al. littere duobus (sigillis) sigillate, continentes quittacionem factam per Ronletum Fabrum a domino Bellivisus de XL libris Viennen.

414. Item, quod. instrumentum publ. (*ut* 410), die 1ª mensis aprilis, continens homagium et recognitionem factum et factam per dom. Henricum de Burgundia, dominum de Moirenc, domino nostro dom. Humberto dalphino, pro quo homagio et recognitione habuit et recepit idem dom. Henricus in bona pecunia numerata IIᵐ et VIᶜ libras parvorum Turonen., computato grosso Turono pro XV denar., a dicto dom. dalphino et fuit dictum inter ipsos quod predicta pecunia poneretur in aquirimentis, que aquirimenta tenentur a domᵒ dalphino, item fuit dictum inter ipsos dominos quod heredes et successores dicti dom. Henrici teneantur ad dictum homagium faciendum dicto dom. dalphino: quod si facere recusarent, tenentur restituere dictam pecuniam dicto domino et nichilominus facere homagium, prout in dicto instrumento continetur.

415. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Hugoneti fili[illegible] Sinibaldi de Florentia notarii publ., sub anno Dñi MᵒCCᵒ octuagᵒ, [illegible], indict. VIIIᵃ, die dominico kalend. septembris, continens quod nobilis [illegible] vir Rogerius de Clariaco, filius condam dom[1] Sylvonis, recognovit [illegible] tenere in feudum jurabile et reddibile castrum de Rupe de Clues [illegible] domᵒ Viennensi dalphino, quod instrum. est sigillatum tribus sigillis [illegible].

416. Item, quod. instrumentum continens quod. vidimus publ. [illegible] coram domᵒ Petro de Bosco Vano, legum professore, officiali Vienne [illegible] scriptum manu Petri Borgorelli notarii publ., die XIIª mensis decem-bris, anno Dñi MᵒCCCᵒXXIIIIᵒ, continens confirmacionem factam [illegible] per dom. dalphinum domino de Bellovisu de Marco, de bastida de [illegible] de Geissanis cum suo mandamento permutata cum mistralia Vienne.

417. Item, qued. litera scripta IIIᵒ idus mayii, anno Dñi MᵒCC[illegible] XLVIIIᵒ, sigillata in pendenti sigillo Aymari de Cassenatico, domini [illegible] Yseronis, continens qualiter tenebatur juvare dictum dalphinum de [illegible] de persona et de dicto castro contra omnes personas mundi et eum[illegible] dem dalphinum receptare in dicto castro.

418. Item, quod. instrumentum publ. receptum manu Guig. Fro[illegible]menti, continens homagium Guoneti Eymanti [1] ligium, except[illegible]

1. *A* Eymarici.

[redacted]

homagio domini Clarimontis, et assignationem factam eidem per dominum de recognoscendo infra certum tempus jam lapsum particulariter et distincte, confectum sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°.

419. Item, qued. litere scripte anno Dñi M°CC°XLVIII°, IXª aprilis, indict. vª, Innocentio papa IIII° apud Lugdunum existente, continentes homagium et recognitionem castri de Scabeolo factam per Albertum et Lambertum dominos dicti loci dom° dalphino de dicto castro Scabeoli, et continentes plures pactiones prout in dictis literis continetur, sigillate etiam duobus sigillis in pendenti.

420. Item, quod. rescriptum apostolicum bulla plumbea bullatum, missum per dom. papam Clementem dom° dalphino Viennensi, continens quomodo refferebat dom. papa dom° dalphino quod Templarii erant reperti heretici, abnegantes Dominum nostrum Jhesum Xpistum et super crucem ejus expuentes, et quam plurima pessima celera comiserant in detestationem fidei Xpistiane, prout confessi erant tam majores quam minimi [1] dicti ordinis coram cardinalibus ad hec per hec a sede apostolica delegatis et aliis inquisitoribus heretice pravitatis, quare mandabat dictus dom. papa dicto dom. dalphino ut omnes Templarii non capti in terra sua caperentur [2].

421. Item, quod. instrumentum scriptum manu Alberti de Brayda notarii publ., sub anno Dñi M°CC°XC.V°, in vigilia beate Marie Magdalenes, continens quod nobilis vir Guiotus dominus Turnonis recognovit se tenere et predecessores suos tenuisse villam de Tincto cum toto territorio, juridictione omnimoda et omnibus pertinenciis suis in feudum francum a dom° Humberto dalphino Viennensi et Albonis comite, pro quo feudo fecit homagium ligium et fidelitatis prestitit juramentum dicto dom. dalphino, salvo homagio domⁱ regis Francie.

422. Item, qued. litera officialis Viennen. scripta sub anno Dñi M°CC°LXXVIII° et tribus sigillis sigillata, continens quandam concordiam factam inter abbatem Sancti Andree et conventus ejus Viennensis et nobilis viri Drodonis domini Bellivisus, super eo quod ipse Drodonus confessus fuit quod homines habitantes in Castaneyl et in Veysons in mandamento de Bellovidere, videl. P. Charbonelli, Humbertus de Creis et plures alii homines in dicta litera nominati, erant

1. Aª minores. — 2. *En m.* Aª Copiate sunt iste lictere et bulle papales in libro intitulato : *Liber super aliquibus tangentibus universalem ecclesiam.*


homines dicti monasterii et quod faciebant homagium ipsi abbati, et ipsi nobili faciebant tributa infrascripta nomine guarde, vid. qui sine bobus coleret terras solveret unum meyterium avene et quilibet cum bobus duo meyteria et quilibet qui habebit hospicium unam gallinam annuatim, et qui facient homagium dicto abbati sequentur cavalgatas dicti nobilis sicud alii nobiles terre sue, et quod solvendo dict. avenam et gallinam et sequendo cavalgatas dicti nobilis dicti homines sint liberi ab aliis omnibus, et quod animalia eorum habeant percursum per totam terram dicti nobilis, et quod abbas predictus habeat in dictis hominibus banna x solidor. et a x solid. infra, que possit per se vel per alium percipere, et quod dictus nobilis habeat banna et justicias grossas in dictis hominibus et locis que ratione meri imperii competere possent in hominibus supradictis, et ipse dominus tenetur ipsos homines deffensare prout in predicta litera continetur, protestato per abbatem quod non intendebat renunciare aliis literis et pactis.

423. Item, qued. al. litera dom[1] Guillelmi domini de Bellovidere, scripta anno Domini M°CC°LVI°, sigillata quinque sigillis magnis in pendenti, continens franchesias et libertates datas per dictum Guillelmum habitantibus et habitaturis in castro vel burgo de Bellovidere et infra metas ipsius, in quibus idem dominus retinuit usagia infrascripta : primo, quod tempore g(uerre) si (!) expensis ipsorum tenentur ipsum sequi, item retinuit banna, justicias, mensuras, leydas, clamores, linguas et lumbos bouum que venderentur ad macellum et leydam omnium aliarum rerum vinalium, item adulteria et homicide sunt in disposicione ipsius et plura alia ut in dictis literis continetur.

424. Item, qued. litera Aymari domini de Cassenatico et de Yserone quodam magno sigillo cereo in pendenti sigillata, continens quod dictus Aymarus vendidit dom° Guigoni dalphino, precio c xxx librarum Viennen., universa et singula que habebat in castro et mandamento de Bellovidere, scil. condaminam Belliseillerii et xx[a] sestaria frumenti census percipienda in molendino Petri Alam(andi) et ipsum Petrum et Jacobum Alamandi et quedam alia in dicta litera contenta, scripta sub anno Dñi M°CC°LII°, IIII° kalend. junii.

425. Item, quod. instrumentum seu vidimus factum et signatum manibus Philippi Andree Galteroti notarii publ., Alberti de Braydas not. pub., Guillelmi de Sagnie not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XVII°,

[redacted]



indict. xv, die IIa mensis augusti, continens quod dom. Karolus Ungarie rex et princeps Salernitamus constituit procuratorem suum illustrem et magnifficum principem dom. Johannem dalphinum, ad exhigendum a dom° Roberto Jherusalem et Cecilie rege principatum Salerni et honorem Montis Sancti Angeli.

426-*a*. Item, quod. instrumentum scriptum manu Johannis de Sancto Dionisio notarii pub., sub anno Dñi M°CCC°XV°, indict. XIIIa, die lune in vigilia be Caterine, continens conventiones habitas et coroñes (?) factas de molendinis et furnis Sonne inter dom. Johannem dalphinum bone memorie et priorem Sonne de voluntate abbatis, ut in litera quadam eidem instrumento annexa continetur, et plura alia continentur in ipsa.

427. Item, quod. instrumentum confectum manu Guillelmi Barnardi, sub anno Dñice Incarn. M°CCC°XXX, XVI° die mensis madii, continens venditionem factam per Guillelmum Eustachii et dom. Jacobum Magnini archipresbiterum de Brissiaco, Martinum Charmes de Crespol et Anussonam ejus filiam dom° Johanni dalphino Viennensi, s(cil). census, servicia et usagia que fuerunt Guelisii de Vacillio condam, qui census in eodem instrumento declarantur singulariter et distincte.

428. Item, qued. litera signata manu notarii infrascripti, sub anno Dñi M°CCC°XXXIX°, die penultima mensis junii, in qua continetur quod Hugonetus Girini, Hugonetus Mangnoni, Hugo Clare, Johannetus Palsers, Falconetus de Brocia, Peronetus et Hugo Reforczoni fratres confessi fuerunt esse homines ligii domini Bellivisus.

429. Item, qued. litere papales bullate in pendenti bulla plumbea, emanate a domino nostro dom. Clemente papa, III° idus septembris, pontificatus ipsius dom. pape anno III°, continentes qualiter dom. papa permutavit medietatem ville et juridictionis et emolumentorum de Romanis dom° Humberto dalphino Viennensi pro castro de Avisano, quod castrum dedit dom. dalphinus pro dicta medietate dom° pape, continentes etiam plures pactiones et conventiones prout in eis continetur.

430. Item, quod. al. instrumentum receptum manu Johannis Amandrini notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°XLIIII°, die IIIIa mensis novembris, continentes quomodo dom. Humbertus dalphinus Viennensis constituit suos procuratores ad accipiendum et adipiscendum possessionem medietatis ville, mandamenti, juridictionis et

[redacted]

emolumentorum de Romanis, videl. dom. Franc(iscum) de Thesio, Rodulphum de Comeriis, Girardum de Terniaco militem et quosdam alios.

431. Item, qued. litera in pendenti sigillata sigillo dom^{i} Guigonis dalphini condam, scripta xiiii^{e} kalend. madii, anno Dñi M°CC°XLIII°, indict. 1^{a}, continens quod dom. dalphinus predictus fecit homagium dom° archiepiscopo (Viennensi), pro se et nomine dicti capituli recipienti, et ab eodem recognovit tenere comitatum Viennensem qui durat ab ecclesia Sancti Vincentii ultra Vorapium inter duo flumina Rodani et Ysare in longum et latum, cujusque sit diocesis, et ultra Rodanum per totam diocesim Vienne usque ad locum qui appellatur Furche de Podio, qui locus dividit Agniciensem diocesim a diocesi Viennensi, item fecit homagium pro toto castro de Malavalle quod tenebat reddibile ab archiepiscopo, item tenebat castrum Sancti Quintini ultra Yseram a dom° archiepiscopo, et castellanus Albonis altari Sancti Mauritii Vienne quolibet anno in vigilia festi dicti sancti debebat offerre I cereum seu candelam XII librarum cere.

432. Item, quod. instrumentum publ. confectum manu Jacobi Chaurerii notarii publ. et signatum manu Petri Borgorelli not., sub anno Incarn. Dñice M°CC°LXXXIII°, indict. xi^{a}, pridie idus augusti, continens in omnibus et per omnia homagium et recognitionem dudum factam per dom. Humbertum (dalphinum) Viennensem dominumque de Turre, comitatus Vienne et plurium castrorum dom° archiepiscopo Vienne, prout in ipso instrumento continetur et prout in literis supra proxime designatis continetur, quod instrumentum sigillatum est in pendenti sigillis dictorum dd. archiepiscopi et dalphini.

433. Item, quod. instrumentum publ. confectum manu Johannis Pastoris not., subscriptum et signatum manibus et signis dicti notarii et Guillelmi del Bos, Michaelis Vercomani, Johannis de Avelio, Bertrandi de Chamiaco, Henricus Guarini, Petri Anselmi notariorum public., continens plures actus et tractatus habitos super permutatione medietatis ville de Romanis et ipsas permutaciones factas pro castro de Avisanis ad dictam medietatem, et quod papa tenebatur dare dom° dalphino XII^{m} florenor. auri pro plurivalentia castri Avisani.

434. Item, quod. publ. instrumentum confectum manu Vincencii de Cognerio et ejus signo signatum ac signatum et subscriptum manibus Petri de Pupa, Anthonii de Cruce et Ysmidonis de Lavautz notariorum public., continens et faciens mencionem super processu de facto

Sancte Columbe apud Viennam, quod fuit factum inter regios et ecclesiam Viennensem.

435. Item, quidam quaternus papireus continens rubricas instrumentorum que fuerunt aportata apud Grationopolim per dom. Petrum de Visilia, capellanum dom^{i} Mettensis (electi), de terra Turris et fuerunt tradida Petro Clocheyronis notario ad reponendum pro custodia in archivis Sancti Andree, que tamen instrumenta non inveniuntur [1].

436. Item, qued. litera emanata ab officiali Vienne, continens vidimus quarumdam literarum in quibus dom. Philippus Sabaudie et Burgundie comes dedit dom^{o} A(lberto) de Turre omnia aquirimenta facta per dom. Petrum comitem Sabaudie apud Burgundium, scripte sub anno Dñi M°CC°LXIX°, XVIII kalend. decembris.

437. Item, qued. litera in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LIII°, VII° idus julii, continentes quod dom. Franciscus de Payrono miles confessus fuit se debere dom^{o} Guigoni dalphino Viennensi C libras Viennen. ex causa mutui, pro quibus sibi obligavit certos census et usagia in dicto instrumento contenta.

438. Item, quad. litera quinque sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°LXXVI°, continens compromissum et pronunciationem factum et factam de et super questionibus que eo tunc vertebantur inter religiosum virum dom. abbatem Bone Vallis et nobilem virum dom. G(uillelmum) de Bellovidere.

439. Item, qued. litera in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CC°IIII^{XX}VI°, continens in effectu quittationem factam per Guillelmum et Johannem Burgarelli, nominibus suis et magistri Jacobi eorum fratris, dom^{o} H(umberto) dalphino de omnibus in quibus poterat ipse dom. dalphinus eidem teneri.

440. Item, quod. instrumentum scriptum manu Jacobi de Monjogo notarii publ., sub anno Dñi M°CC°LVI°, indic. XV^{a}, die dominico secundo exeunte mense aprilis, continens quod dom. Albertus decanus Valentinus precepit Lamberto nepoti suo, domino Cabeoli, quod dictum castrum redderet et restitueret dom^{o} Guigoni dalphino quocienscumque requisitus fuerit ab ipso dom. Guigone dalphino, quod promisit se facturum dictus Lambertus.

1. *En m.* A^{a} No^{a} quod antiquitus instrumenta dalphinalia reponebantur pro custodia in archiviis ecclesie Sancti Andree.

441. Item, quod. instrumentum publ. scriptum manu Francisci de Montejoco civis Papie, habitatoris Avisani, sub anno Dñi M°CCC° XX°VI° et die xxaviia mensis septenbris, continens quod dom. Guigo dalphinus Viennensis et Albonis comes, pro se ipso et ejus comissariis et officialibus quibuscumque quocumque nomine censeantur et quolibet eorumdem insolidum, fecit, constituit et ordinavit suos procuratores contentos in dicto instrumento, ad omnia facienda prout in ipso instrumento continetur.

442. Item, quod. instrumentum scriptum manu Hugonini de Ruppe notarii publ., sub anno Dñi M°CCC°XL, indic. viiia, die xiiiia mensis aprilis, continens remissionem male ablatorum factam per homines de Sancto Stephano de Sancto Juers dom° dalphino.

443. Item, qued. littere scripte sub anno Dñi M°CC°XL°II°, in crastinum Sti Matei apostoli, sigillate duobus sigillis, continentes quod dom. Philippus de Sabaudia, procurator ecclesie Valentine, [illegible] promitebat dom° Guigoni dalphino ipsum juvare de guerra contra [illegible] Aymarum de Pictavia.


444. Item, quod. instrumentum publ. scriptum manu Petri Chau[illegible]rini notarii publ., anno Dñi M°CC°LX.VII°, indic. xa, iiii° nona junii, [illegible] continens donacionem factam dom° dalphino per dom. Artaudum de [illegible] Rossillione et Guillelmum ejus filium, de domo de Landrins et de [illegible] villa et parrochia de Spinosa.

445. Item, qued. litere scripte anno Dñi M°CC°XXXVII°, xi [illegible] kalend. junii, continentes recognicionem factam per dominum de [illegible] Rencurello dome Beatrici condam et Albonis comitisse, tutrici do[illegible] Guigonis dalphini condam.

446. Item, qued. litera missa per Aymarum de Pictavia comite[illegible] Valentinum... hominibus suis terre baronie Clayriaci, quod facere[illegible] homagium dom° Guigoni dalphino, quia quicquic ibidem habebat [illegible] dem dalphino permutaverat, que litera scripta fuit anno Dñi M°C[illegible]CC LXVII°, die mercurii ante Ramos Palmarum et fuit sigillata sigill[illegible] dicti Aymari.

446 *bis*. Item, quod. instrumentum confectum manu Hugo[illegible]nis Chaurini notarii publ. sub anno Dñi M°CC°LXV°, indict. viiia, di[illegible]e v intrante augusto, continens quod dom. Guillelmus Tyvoley monac[illegible]us vendidit dom° Guigoni dalphino Viennensi sex sextaria frume[illegible]nti census et vi denar. Viennen. veterum census.

447. Item, quod. instrumentum confectum manu Humbi Pil[illegible]lati



not. pub., sub anno Nativit. ejusdem M°CCC°XXXIIII°, indict. IIª, die xxv mensis febroarii, continens homagium ligium Johannis de Boenco et assignationem sibi factam de recognoscendo particulariter et distincte infra certum tempus jam lapsum.

448. Item, quod. vidimus factum coram officiali Grationopolis, continens quod Arnaudus Geylini de Rochachinart recognoscebat se tenere in feudum a dom° Guigone dalphino, tunc comite Viennensi, quicquid habebat in castro et mandamento Belli Regardi, Valentinen. diocesis, quod vidimus scriptum fuit anno Dñi M°CCC°VI, penultima die mensis aprilis et est sigillatus sigillo curie officialatus Grationopolis.

449. Item, qued. litera emanata ab abbate et conventu Bonevallis, sub anno Dñi M°CC°LXXIX°, continens quod concedebant Drodono de Bellovisu et hominibus suis quod possent cindere in nemore de Bone Vallis ligna et alias maerias ad opus sui, cum pluribus condicionibus in ipsis contentis.

450. Item, qued. litere sigillate in pendenti sigillo quodam, scripte sub anno Dñi M°CC°LX°, in octabis Omnium Sanctorum, continentes quod Ancelmus et Humbertus de Bellaguarda fecerunt homagium dom° Guigoni dalphino Viennensi et recognoverunt ab eodem omnia que habebant apud Bellam Guardam et ejus mandamentum, et quod ipsi quictaverunt dicto dom. dalphino quosdam homines de Bellaguarda et plura alia in eisdem contenta.

451. Item, qued. litera in pendenti uno sigillo sigillata, emanata ab audientia prioris Insule, sub anno Dñi M°CC°LXXIX°, dominica post festum Omnium Sanctorum, continens quod Girardus de Illino fecit homagium dom° Johanni dalphino Viennensi pro feudo quod tenet ab eo infra menia de Illino, salvo homagio domini Bellijoci, continens etiam homagium Johannis de Saxiolo pro medietate macelli Vienne et de medietate de Petra Fixa et de medietate de Charanella.

452. Item, qued. litere emanate ab officiali Vienne, sigillate uno sigillo in pendenti, continentes vidimus quatuor privilegiorum imperialium, unum emanatum a dom° Conrado Romanorum rege, secundum a Frederico Romanorum rege, tercium a Fredico, quartus a Frederico etiam regibus Romanorum, tangentium factum et expeditionem de Pipeto, qui vidimus emanatus et datus fuit sub anno M°CC° octuag° I°.

[redacted]

908. Item, qued. littera tribus sigillis in pendenti sigillata, continens quod Guillelmus de Intermontibus recognovit se tenere castrum de Intermontibus et mandamentum ejusdem et designacionem dicti mandamenti, continens eciam quod pro dicta recognicione dictus Guillelmus confessus fuit se habuisse a dicto d. dalphino V^{m} solid.

909. Item, quod. publ. instrumentum manu Hug. Chabuelli, sub anno Incarn. Dñi M°CC°XC°VI°, VIII^{a} idus novembris, continens quod Guillelmus Alberti, de parrochia Sancti Ymerii, vendidit dom^{e} B(eatrici) domine Fucignacii I sestarium frumenti census, quod facere se constituit dict. venditor super rebus contentis in ipso instr^{to}.

910. Item, quod. publ. instrumentum manu Petri Anselmi notarii, sub anno Dñi M°CC°XC°VI°, die lune ante festum b^{e} Caterine, continens quod dictus Meyssonerius, habitator parrochie Sancti Ymerii, confessus fuit se esse hominem ligium dom^{e} B(eatricis dalphine) Viennensis et eidem debere pro recognicione XII denar. anuales.

911. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis Alamandi notarii sub anno Dñi M°II^{c}LXIII°, die XVI^{a} mensis madii, continens quod Petrus Chaunes et Mabilia ejus uxor, filia dom^{i} Guillelmi de Melano, vendiderunt dom^{o} Petro Aurucii, domino Montis Bonodi, quicquid habebant in parrochiis Sancti Martini de Miseriaco, de Biviaco et Sancti Ymerii, pretio XL solid.

912. Item, quod. publ. instrumentum manu Johannis sacri palatii notarii scriptum, sub anno Dñi M°II^{c}LXX°, die jovis que fuit XXIII dies mensis octobris, continens quod Rodulphus de Theysio confessus fuit habuisse et recepisse a dom^{o} Petro Aurucii II^{c} L libras bonorum Viennen. pro precio medietatis castri Montis Fortis et aliarum rerum eidem dom^{o} Petro venditarum per dict. Rodulphum.


913. Item quod. publ. instrumentum scriptum manu Anthonii imperialis aule notarii, sub anno Dñi M°II^{c}XLVIII, indic. VI, IX^{a} kalend. augusti, continens quod dom^{a} Aynarda uxor dom^{i} Lantelmi

de Meolano, de voluntate dicti domi Lant. et filiorum suorum vendidit domo Guigoni dalphino Viennensi quicquid juris habebat in mandamento de Theysio et de Petra, precio IIIIm solid. et xxv librar. Viennen., et est quod. sigillo in pendenti sigillatum.

914. Item, qued. lictera duobus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°IIcLXI°, in vigilia be Marie Magdalenes, continens composicionem factam inter dom. Guigonem dalphinum, nomine suo et universitatis hominum suorum parrochie de Herbeysio, ex una parte et dom. Guigonem Alamandi dominum de Uriatico, nomine suo et hominum suorum et universitatis de Uriatico, ex altera super pascuis et pasqueyragiis dicte parrochie et dicti mandamenti, et fuit concordatum inter partes predict. videl. quod homines mandamenti Visilie et specialiter illi de Herbeysio possunt et debent pasqueyrare cum animalibus suis usque crucem Ramis palmarum Ville Nove per mandamentum et territorium Uriatici in pascuis et locis comunibus a rivo labente ante domum Vassal usque ad aquam de Samiaut per totum appendentem de Aliquot, et possunt et debent inscindere ligna et mayerias et alia sibi neccesaria in nemore sito in loco qui vocatur Aliquot a via veteri superius qua protenditur a domo Vassalli versus casale Bruneti, et si homines de Visilia transibant ultra dictos terminos infra mandamentum Uriatici, dicti homines de Uriatico possunt et debent levare pignora et ipsa reddere castellano Visilie qui faciat facere eymendam dampno passe.

915. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Joh. Juliani notarii, sub anno Incarn. Dñi M°IIcLXII, vi° nonas marcii, continens quod dom. Guillelmus de Morestello miles, filius domi Petri de Morestello, vendidit dom° Petro Aurucii militi, dom° Montis Bonodi vicariam quam idem d. Guillelmus habebat in mandamento et territorio Montis Bonodi, una cum pluribus serviciis, usagiis que percipiebat dictus d. G. in mansis, chabanariis et bordariis dicti mandamenti, qui quidem census et usagia in dicto instrto nominantur et designantur.

916. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Amselmi notarii, sub anno Dñi M°IIcLXXVI°, iiii° idus aprilis, continens recognicionem factam domo Petro Aurucii per Guelisium dyaconum de pluribus censibus contentis in ipso instrto. — 917. Item, al instrumentum in dicta pelle scriptum manu dicti P. Amselmi, anno et die quibus supra, continens quod Hugo Rica et Helisabel ejus uxor


vendiderunt dom° Petro Aurucii iii denar. census quos faciebat Vincentius Garcini.

918. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Bernardi de Secucia, habitatoris Montis Meliani, sub anno Dñi M°CC°LXXII°, die jovis iiiª d. mensis martii, continens quod Jacobus Marescalci de Monte Meliano et Peronella, filia condam dom[i] Heustachii Reynoudi, ejus uxor vendiderunt Siboudo de Castronovo, cui dominus successit, xl (solid.) census et placitum quos percipiebant in mandamento Bucurionis et apud Grationopolim, precio xxxi librar. Viennen.

919. Item, qued. lictera que videbatur fuisse in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°II^CLV°, iii° idus marcii, continens quod dom. Lantelmus Panerii mandabat Johanni de Balma et aliis suis hominibus de Varsia quatenus (de) censibus in quibus sibi tenebantur respondeant dom° G(uigoni) dalphino et sibi homagia faciant.

920. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Aymonis Combri notarii, sub anno Dñi M°II^CLX.VII°, indict. xiª, iiii° kalend. decembris, continens quod Herlinus de Chillino nomine Margarone, filie condam Guillelmi Disderii, uxoris sue confessus fuit se tenere a dom° Gonterio de Brianczone, cui domª B(eatrix) successit, quosd. census et qued. homagia in dicto instr^to contenta, sita in mandamento Terratie.

921. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Garnerii de Correyro, sub anno Dñi M°II^CLXX°, indict. xiiiª, die dominica post festum b^e Lucie virginis, continens vendicionem factam Siboudo de Castronovo per Albertum Maquardi et ejus socios, de eo jure quod habebant in quad. vinea sita in parrochia de Meolano, quam tenebat ab eis Petrus de Guenc et est juxta vineam Petri Pipeti et faciebat i eyminam avene et ix denar. census dicto Siboudo.

922. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Guarnerii de Correyo, sub anno Dñi M°CC°LXVI°, viii die mensis junii, continens quod Guigo de Serra et Michael Vennonis ac plures alii confessi fuerunt se esse homines ligii Siboudi de Castronovo.

923. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Polleti imperiali auctoritate publ. notarii, sub anno Dñi M°II^CLXXXVI°, indict. iiiiª, idus decembris, continens quod Guigo Morardi domicellus nomine suo et suorum accepit in feudum et de feudo ac dominio Siboudi de Castronovo, cui dominus successit, quicquid ipse vel alius ipsius nomine habet et possidet vel quasi a rivo de Corbonanc usque

[redacted]

ad rivum de Ciczerino, exceptis feudis que idem Siboudus tenet a d° Guigone, et promisit pro predictis esse fidelis dicto Siboudo ; item continet dict. instr^m quod dict. Guigo Morardi predicta omnia et singula vendidit dicto Siboudo vendicione pura, precio LXX librar. Viennen. ; item continet confirmacionem factam per Aymonem Morardi, fratrem dicti Guigonis.

924. Item, qued. lictera in pendenti sigillata sigillo domᵉ abbatisse Ayarum, scripta sub anno Dñi M°CCC°XIX°, continens quod dicta dom. abbatissa et domᵉ sanctomaniales ejusdem monasterii confesse fuerunt habuisse ab illⁱ viro dom. Henrico Dalphini, per manum Guigonis Pellicerii castellani Visilie, LXXI libras Viennen. pro dampnis datis et constamentis et aliis in quibus dictus dom. Henricus et ejus predeccessores dicto monasterio tenebantur.

925. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Gullelmi notarii, sub anno Dñi M°II^cLV°, VIIᵉ kalend. junii, sigillo Odonis Alamandi in pendenti sigillatum, continens quod Odo Alamandi, dominus de Campis, dedit donacione pura inter vivos castrum de Campis, et dictus dom. dalphinus dict. castrum eidem Odoni tradidit in feudum et ipsum confessus fuit dictus Odo tenere a dicto dom. dalphino.

926. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri de Correnis notarii publ. sub anno Dñi M°CC°LXVIII°, indic. XI, Vᵉ idus maii, continens recognitionem factam dom° Petro Aurucii, domino Montis Bonodi, per Rodulphum de Theyssio, filium olim domⁱ Alberti de Theyssio militis, de hiis omnibus que h(ab)ebat in mandamento Montis Fortis et in mandamento Montis Bonodi et de juridicione quam habebat apud Montem Fortem, continens etiam plures pactiones inhitas inter dictum dom. P. et dictum Rod. prout hec et alia in dicto instr^to continentur.

927. Item, quod. publ. instrumentum manu Petri Polleti notarii confectum, sub anno Dñi M°II^cLXXV°, indit. III, XVIIᵉ kalend. aprilis, continens recognicionem factam per Guelisium de Rovoyria diaconum Siboudo de Castro Novo, de pluribus rebus contentis in dicto instr^to, et venditionem factam dicto Siboudo de omnibus contentis in dicto ins^to, precio XV librar. Viennen. : que quidem res et census sunt in mandamentis Montis Bonodi et Montis Fluriti.

928. Item, duo publ. instrumenta in eadem pelle scripta manu dicti P. Polleti, sub anno Dñi M°II^cLXXVI° : videl. primum Iᵃ die

kalend. novembris, continens quod Bernardus Comitis, civis Gracionopolis, vendidit Siboudo de Castro Novo, cui dominus successit, quosd. census et quand. petiam vinee site subtus Rochetam in parrochia de Meolano, pretio LX solid. Viennen.; — 929. Secundum vero die mercurii post festum Omnium Sanctorum, continens donationem factam per Julianum Grassi Siboudo de Castronovo de quad. petia nemoris siti in parrochia de Meolano, loco dicto in Frayneto.

930. Item, quod. al. publ. instrumentum manu dicti Petri Polleti, sub anno Dñi M°II^cLX(X)VI°, indic. IIII, idus decembris, continens quod Siboudus de Castro Novo promisit vendere Guigoni Morardi res quas sibi G. vendiderat, que res sunt a Cobornant usque ad rivum de Cizerino, eodem precio, retento sibi feudo dict. rerum.

931. Item, quod publ. instrumentum scriptum manu Joh. Valamandi notarii publ. sub anno Dñi M°II^cLXII°, indict. v^a, die IIII^a intrante marcio, continens recognicionem factam dom° Petro Aurucii per Jacobum de Biviaco, de hiis que tenebat in closo de Chaurino, exceptis hiis que tenebat a Guiffredo de Monbuiol, pro quibus confessus fuit se debere v solid. de placito.

932. Item, duo instrumenta in eadem pelle scripta manu Johannis notarii dom^i imperatoris, sub anno Dñi M°II^cLXVI° : videl. primum die veneris I^a mensis januarii, continens recognicionem Domengie Revelle de hiis que tenebat in chavannaria de Moyseu; — 933. Secundum vero XI die mensis januarii, continens vendicionem factam dom° Petro Auruscii per Perem de Biviaco de III quartalibus frumenti quos sibi faciebat Franconetus de Cartusia super quad. vinea sita in parrochia de Biviaco.

934. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Anthonii imperialis aule notarii, sub anno Dñi M°II^cLIIII°, indic. XII, die VII^a exceumte mense augusti, continens quod Guigo Falasces miles vendidit Siboudo de Castronovo, cui dominus successit, quicquid habebat a Monte Bonodo usque ad portam Sancti Laurentii, pretio XXV librar.

935. Item, duo publ. instrumenta in eadem pelle scripta manu Johannis notarii dom^i imperatoris (primum), sub anno Dñi M°II^cLXV, indict. VIII, die XXII mensis julii, continens quod Guillelmus Raches et Guigonetus Raches et Guillelma Racheca vendiderunt dom° Petro Auruscii I sestarium frumenti census, quod dicti venditores percipiebant super quod. curtili sito in parrochia Meolani, in manso de Puteo,

[redacted]

quod curtile tenebatur de feudo dicti dom. Petri, pretio LX solid.; — 936. Secundum vero anno quo supra, intrante madio, continens quod Andreas Chaurini vendidit dom° Petro Aurucii I eyminam avene census, precio X solid., super omnibus bonis suis.

937. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Amselmi notarii, sub anno Dñi M°II^{c}LXXII°, indict. XV, XII kalend. aprilis, continens quod Nantelmus Nantelmi et Alisia ejus uxor vendiderunt dom° Petro Aurucii quosd. census quos percipiebant in parrochia de Biviaco, qui continentur in dicto instr^{to}, precio L librar. Viennen.

938. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Anselmi, sub anno Dñi M°II^{c}LXXIIII°, indic. II^{a}, II° nonas februarii, continens quod Ubaudus de Siczerino vendidit dom° Petro Aurucii XXV solid. census et X solid. de placito, super quad. vinea sita apud Siczerinum et super quad. vinea sita apud Villam et super nemore suo sito apud Siczerinum et super omnibus que habet in parrochia de Meolano, precio XVIII librar. census.

939. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Anselmi, sub anno Dñi M° II^{c}LXXI°, indic. XIIII^{a}, XVI° kalend. septembris, continens quod Albertus de Theysio, filius condam Nantelmi de Theysio, confessus fuit se tenere a dom° Petro Aurucii medietatem domus fortalicii Montis Fortis, sub condicionibus et protestacionibus contentis in ipso instr^{to}.

940. Item, al. publ. instrumentum scriptum manu Gauterii Guiberti notarii, sub anno Dñi M°II^{c}LXXII°, indic. XV, die martis post festum beate Marie augusti, continens quod Hugo Auruc confessus fuit se tenere a dom° Petro Auruc quicquid habebat infra mandamentum Montis Bonodi et pro predictis facere usagia consueta.

941. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis Margayl, sub anno Dñi M°II^{c}LXIX°, indict. XII^{a}, VI° nonas augusti, continens quod dom. Guillelmus de Molario miles vendidit dom° Petro Aurucii, domino Montis Bonodi, VII sestariatas terre site in parrochia Sancti Martini de Miseriaco juxta rivum Creysent et Ruffus Seydey, item I peciam vinee in eadem parrochia juxta vineam a la Chanella et I sestarium frumenti census quod sibi faciebat Stephanus Sapeti, precio XXII librar. Viennen.

942. Item, duo publ. instrumenta in eadem pelle scripta manu Petri Amselmi notarii, sub anno Dñi M°II^{c}LXXII, indic. XV, quorum primum VI° nonas maii, continens quod Petrus Dongera vendidit

[redacted]

dom° Petro Aurucii militi quamd. peciam vinee sitam in manso Ritiquel juxta vineam Amselmi Paluy, precio IX librar. Viennen. ; — 943. Secundum vero V° nonas julii, continens quod Johannes Oliverii de Bregnino prestitit homagium dom° Petro Aurucii quamdiu permaneret in mandamento Montis Bonodi.

944. Item, duo publ. instrumenta in eadem pelle scripta manu Petri Amselmi, sub anno Dñi M°IIcLXXV, indict. IIIa, quorum primum V° kalend. decembris, continens quod Johannes Aloerii de Meolano vendidit dom° Petro Aurucii III quartalia frumenti census et II solid. de placito super quad. petia terre sita juxta terram Jacobi Berlionis et terram Johannis Ramusa, precio XL solid. ; — 945. Secundum vero IIII° nonas decembris, continens quod Fluria uxor condam Guigonis de Monte Gerio vendidit dom° Petro Aurucii homagium Petri Olmey et Martini fratris sui et heredum suorum, pretio XL solid.

946. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Amselmi, sub anno Dñi M°IIcLXXVI°, indict. IIIIa, XII kalend. julii, continens quod. Sebilla Falcona confessa fuit, nomine suo et filii sui, se tenere a dom° Petro Aurucii quicquid tenebat in mandamento Montis Bonodi, excepto feudo quod tenebat ab ecclesia Sancti Andree, ac promisit se solvere V solid. pro garda anno quolibet.

947. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Charvini, sub anno Dñi M°IIcLXVI°, indict. IXa, VIII° kalend. junii, continens quod dom. Guillelmus Sibue miles, filius domi Guillelmi Sibue de Valle, confessus fuit se tenere a dom° Petro Aurucii, domino Montis Bonodi, in feudum reddibile bastiam subtus Sanctum Nazarium, que condam fuit domi Odonis Alamandi, cum pertinentiis ipsius bastide.

948. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Amselmi notarii, sub anno Dñi M°IIcLXXVII°, indict. Va, IIII° idus septembris, continens quod Carletus molendinarius fecit homagium dom° Petro Aurucii et promisit observaturum franchesias Montis Bonodi.

949. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Simeonis Sichardi notarii publ. sub anno Dñi M°IIcXC°III°, indict. Va, die veneris post quindenam Penthecostes, continens vendicionem factam precio XII librar. dome B(eatrici), dalphine domineque Fucigniacii et Montis Bonodi, per Margaritam Reynouc de mistralia vocata mistralia Calnesia, que est in mandamento Montis Bonodi.

950. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis notarii dom^{i} imperatoris, sub anno Dñi M^{o}II^{c}LXV°, die IX exceumte marcio, continens quod Guigo Arthoudi et Guillelma ejus uxor vendiderunt dom^{o} Petro Aurucii, domino Montis Bonodi, II sestaria avene census precio LVI solid.

951. Item, qued. littera sigillata sigillo dom^{i} G(uigonis) dalphini, scripta anno Dñi M^{o}II^{c}L, VII° kalend. novembris, continens quod idem dom. dalphinus recepit dominam Vallis Bonesiam cum castro suo Gerie in sua salva garda et condutu.

952. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri de Portis, sub anno Dñi M^{o}II^{c}LXXII°, indic. XV, VI° kalend. novembris, continens quod Hugo Bectonis de Sancto Laurentio de Lacubus confessus fuit habuisse ab ill^{i} dom. B(eatrice) dalphina Viennensi L. libras Viennen. pro questione in parte quam habebat in layda Sancti Laurentii predicti, pro quibus L. libris questionem quam habebat in dicta layda dicte domine solvit et quittavit.

953. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis notarii, sub anno Dñi M^{o}II^{c}LXV, IX^{a} die intrante mense augusti, continens fidelitatem prestitam dom^{o} Petro Aurucii per Jaconetum filium P. Guillelmi.

954. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Anselmi notarii, sub anno Dñi M^{o}II^{c}LXVI°, indict. IX^{a}, IX^{a} die exceumte febroarii, continens quod Petrus Roberti, super omnibus bonis suisque confitebatur tenere a dom^{o} P. Aurucii, vendidit eidem dom^{o} I sestarium vini puri census precio XL solid.

955. Item, al. publ. instrumentum scriptum manu Petri Guillelmi notarii, sub anno Dñi M^{o}II^{c}XXXVII°, V^{o} kalend. augusti, continens quod Vimanus, filius condam Petri Aynardi de Bucurione militis, dedit dom^{o} Berlioni de Castronovo I sestarium frumenti census et III solid. de placito, que facit Bernardus Grep, item dedit eidem jus et dominium quod habebat in tenemento Berlionis Tayllac et quedam alia contenta in ipso instr^{to}.

956. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Chabi notarii, sub anno M^{o}II^{c}LXXIII°, die XIII exceumte mense marcii, continens quod Guillelmus Chalniesii de Gracionopoli dedit Siboudo de Castronovo quicquid habebat in parrochia Sancti Martini Vinosi.

957. Item, qued. modica littera scripta sub anno Dñi M^{o}II^{c}XLIX, nonas martii, continens quod Guillelmus de Vado confitebatur


habuisse a dom^{o} Guigone dalphino VI^{xx} libras pro cambio de Morestello.

958. Item, quod. publ. instrumentum manu Manti Philippensi, sub anno Dñi M^{o}II^{C}LV°, indic. XIII^{a}, IIII° nonas julii, continens quod Domengia, filia condam Johannis Guigonis de Vencia, de volumtate mariti sui dedit filio Guillelmi de Castronovo quicquid juris habebat in quod. molendino quod dicitur novum, situm in mandamento Bucurionis apud Venciam, inter rivum de Vencia et viam publicam per quam itur versus Sapetum, sicut protenditur a duobus lapidibus magnis superius dicto molendino sitis usque ad Lecharenas.

959-60. Item, duo publ. instrumenta in eadem pelle scripta manu Johannis Alamandi notarii publ. sub anno Dñi M^{o}CC^{o}LXII°, die IIII^{a} intrante novembri, et secundum LXIII°, die XII exceumte mense aprilis, continencia quod Petrus Chauneys de Insula et Mabilia ejus uxor vendiderunt dom^{o} Petro Aurucii, domino Montis Bonodi, certos census in dicto instr^{to} contentos.

961. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Amselmi notarii, sub anno Dñi M^{o}II^{c}XC^{o}VI°, indic. IX^{a}, die lune ante festum b^{e} Caterine, continens quod Hugo Mathey, parrochie Sancti Ysmerii, confessus fuit se debere dom^{e} B(eatrici) domine Fucigniacii I libram cere quolibet anno pro garda super omnibus bonis suis.

962. Item, qued. lictera in pendenti sigillata scripta M^{o} II^{c} octuag^{o} I^{o}, continens quod Lambertus prior et Caterina priorissa Prati Mollis confessi fuerunt a dom^{a} B(eatrice) Fucigniacii, pro aniversariis dom^{i} Guigonis dalphini et ipsius domine et pro pluribus aliis causis in littera contentis, III^{c}IIII^{xx} XVIII libras VI denar.

963. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Amselmi notarii, sub anno M^{o}II^{c}LXXV, VII idus decembris, continens quod Petrus Vacherii et Margarita ejus uxor vendiderunt dom^{o} Petro Aurucii militi, domino Montis Bonodi, quicquid juris habebat in domo Guillelmi de Cognino condam, excepto Carleto, precio LV librar. Viennen.

964. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Guigonis de Sancto Martino, sub anno Dñi M^{o}II^{C}LXXI°, indict. XIIII^{a}, XI kalend. augusti, continens quod Guigo(na) uxor Petri Pignaci vendidit Siboudo de Castronovo I quartale frumenti census, quod facit Amadors Boveti, precio XII solid.

965. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Chaberti

[redacted]

Bastonis notarii, sub anno Dñice Incarn. M°IIcLXXIX°, xiia kalend. julii, continens quod dom. Petrus de Comeriis miles et Elisabel uxor Henriscii de Bossoczello, nomine Dionesii filii predicte Elisabelle et Petri Reynoudi condam, confessi fuerunt se debere Petro de Bucurione et Siboudo de Castronovo nomine Dionesii homagium ligium et xx solid. de placito et se tenere ab eisdem P. et S. quicquid tenet in parrochia Sancti Maurucii.

966. Item, quod. publ. instrumentum manu Guillelmi de Ulcio sub anno Dñi M°IIcLXIII°, indict. vi, xv kalend. julii, sigillatum in pendenti sigillo Flote de Cassenatico, continens quod dicta Flota in judicio confessa fuit se tenere a dom° dalphino quicquid ipsa tenebat vel alius ipsius nomine in toto mandamento et territorio de Cassenatico.

967. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Nicolay Anglici, sub anno Dñi M°IIcLXVII°, IIII° kalend. julii, continens recognicionem factam dom° Petro Aurucii per Albertum de Theysio, de medietate fortalicii domus Montis Fortis et de hiis que tenebat in mandamento Montis Fortis et Montis Bonodi.

968. Item, quod. instrumentum scriptum manu Aymonis Combri notarii, sub anno Dñi M°IIcLXVII°, indic. xia, die lune proxima post festum bi Andree, continens quod. dom. Gonterius de Briancz... miles albergavit Guigoni de Sancto Johanne quod. casale et domum ibidem edifficatam sitam apud Thovetum, loco vulgaliter appellato Verger, una cum quibusd. possessionibus ibidem positis.

969. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Pe... Anselmi notarii publ. sub anno M°IIcLXXVII°, indic. va, xv kalen... augusti, continens quod Petrus Millef confessus fuit se tenere ... Syboudo de Castro Novo, cui dominus successit, res infrascriptas videl. medietatem IIII falcaturarum prati cum dy(midia) in parrochia Sancti Mauritii juxta pratum Ysmidonis Chapusii, item medietatem ... falcature prati juxta pratum Guillelmi Ville et plures alias res contentas in dicto instr'o, ad censum II sestariorum avene, IIII sestarior. vini puri et quarte partis I boyssie et dy(midie) canapis et IX solid. de tallia.

970. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Anselmi, sub anno M°IIcLXXIII°, indic. ia, VII° idus decembris, continens quod Aymarus Guichardi de Cassenatico et Alayssia ejus uxor vendiderunt Siboudo de Castro Novo III peticas vinearum sitarum in parrochia de Meolano, confrontatarum in dicto instr'o, item III ...

[redacted]

denar. et obulum census, precio viii librar. et ii solid. Viennen.

971. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis notarii imperatoris, sub anno Dñi M°II LXVI°, die dominico quarto exceumte mense junii, continens recognicionem factam Siboudo de Castro Novo per infrascriptos homines de homagiis ad que tenentur, primo homagium Petri Pastoreti, Bernardi Chays, Johannis Peyreti, Johannis Breneu, Bruni Chapusii et Galvegnys et Cayrey, P. ejus fratris, Aynardeti Durandi et Johannis Durandi, Jo. Berlionis, Chayssins Bruneti.

972. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Thome Grevelli notarii, sub anno Dñi M°II^{c}LXXIX°, indict. vii^{a}, iiii° idus decembris, continens quod Johannes Gauliani confessus fuit se tenere a Siboudo de Castro Novo quad. petiam terre sitam in condamina dicti Siboudi, pro qua facit ii sestaria frumenti, ii gallinas, ii solid. de placito.

973. Item, duo publ. instrumenta in eadem pelle scripta manu Gauterii Guilloci, quorum primum est sub anno Dñi M°II^{c}LXXII°, indic. xv, vii die octobris, continens quod Genta Heurarda confessa fuit se tenere a dom° Petro Aurucii quicquid tenebat in mandamento Montis (Fortis) ad census debitos et consuetos, exceptis hiis que tenebat a Petro de Bucurione; — 974. Secundum vero sub anno Dñi M°II^{c}LXXIII°, indic. i^{a}, die b^{i} Mathei appostoli, continens quod Guillelmus Bollii, civis Grationopolis, confessus fuit se tenere a dom° Petro Aurucii sex fossoratas vinee de chavanneria del Chastel, pro quibus promisit solvere usagia consueta.

975. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis Juliani notarii, sub anno Dñi M°II^{c}LX°, indic. iii^{a}, xviii° kalend. octobris, continens quod Hugo filius condam Guillelmi de Herbesio confessus fuit se tenere a dom° Gauterio de Brianczone, tunc domino Belle Combe, res infrascriptas, videl. costam que jacet juxta castrum de Bella Comba prout protenditur usque ad molendinum et usque ad aquam que vocatur Cernouc, item quod. molendinum quod tenet Berlio de Bella Comba, item vi jornalia terre que jacent apud Bellam Combam, que tenet ab eodem Hugone Giroudus de Bella Combeta, item iii jornalia terre que jacent apud Murs subtus quercum, item v solid. de servicio que jacent in molario Rolandorum apud Intermontes, pro quibus confessus fuit debere homagium ligium.

976. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Guillelmi

[redacted]

Regis notarii, sub anno Dñi M°II°XC°V°, indic. VIIIa, III° kalend. aprilis, continens recognicionem factam dom° Rodulpho de Intermontibus per Hugonem de Capella de Barro, Alti Villaris, qui confessus fuit se tenere a dicto dom. Rod. possessiones in ipso instrto contentas, ad v solid. de placito in mutatione domini et possessoris.

977. Item, al. publ. instrumentum scriptum manu Guillelmi Dedini notarii, sub anno Dñi M°II°LXXIII°, indict. Ia, VII° idus junii, continens quod Rodulphus dominus de Intermontibus albergavit et tradidit in emphiteosim Hugoni de Capella res et jura que condam fuerunt Petri filii condam Stephani Oyssenc, que quidem res in dicto instrto confrontantur, ad XIIII solid. bonorum Viennen. de servicio et v solid. de placito quando contingerit.

978. Item, quod. al. publ. instrumentum scriptum manu Petri de Thoveto publ. notarii, sub anno Dñi M°II°LXX°, continens quod Henricus de Bella Comba, filius condam domi Guersi de Bellacomba, accepit in feudum a dom° Rodulpho de Intermontibus domum suam quam habet apud Barralibus, et omnes res et jura que ipse Henr. habet circumcirca dict. domum et predicta tenet ad homagium, pro quibus confessus fuit habuisse xx libras; item continet ratifficationem dicte infeudacionis facte per Ranguisiam uxorem dicti Henrici, que res spectant dom° dalphino [1].

979. Item, qued. lictera in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°II°LXVI°, continens confirmacionem cujusdam clausule testamenti domi Johannis condam Viennensis archiepiscopi facta per exequtorem ipsius testamenti, in qua clausula continebatur donacio facta per dictum dom. archiepiscopum dom° dalphino de hiis que habebat in parrochia de Sappeto.

980. Item, qued. littera sigillata in pendenti sigillo Hunberti Dei gratia Viennensis archiepiscopi, continens in se quamd. litteram seu instrumentum scriptum sub anno Dñi M°CC°XV°, mense septembris, IIIa die ante festum Nativitatis beate Marie, in quo continetur donacio et assignatio facta per dom. Andream dalphinum dome Beatrici condam uxori sue, de furno de Moraz et de furno de Sancto Donato, castrum Montis Bonodi et castrum de Revel, continens etiam plura alia ut in ipso continetur.

1. *En m.* Super recognit. Buxerie.

[redacted]

981. Postque, anno Dñi M·CCC·LXX, fuit facta qued. transactio inter dominum nostrum regem dalphinum ex una parte et dom. comitem Gebennensem ex altera, per quam ipse comes Gebennarum quictavit aliam convencionem dudum factam per ejus patrem, vigore cujus petebat castrum Morestelli et villam Goncelini et X^{m} florenorum, ut in licteris transactionis quas restituit et posite sunt in archivis cum scripturis Graysivodani plenius continetur ; et dominus concessit eidem comiti castrum Falaverii in terra Turris, pro V^{c} floren. si tantum valeat dict. castrum, alias debet sibi compleri etc., et debet tenere dict. castrum in feudum et homagium, et Petrus comes Gebenn. prestitit juramentum fidelitatis dom^{o} Jacobo de Vienna, gubernatori Dalphinatus, die IIII^{a} mensis novembris M·CCC·LXX° ; homagium vero debet facere regi dalphino et fecit instrumentum Humbertus Graneti de Mencio notarius anno predicto, et debet habere ab alia parte IIII^{m} floren. et debet recognoscere terram suam quam tenet in Graysivodano quam primum poterit informari [1]; et inde de dicta transactione ultimo facta stant lictere sigillate una sigillo dom^{i} nostri dalphini et alia sigillo dicti comitis, que posite sunt cum aliis suprascriptis.

982. Item, qued. instrumenta facta manu Johannis Richardi de Clavone notarii condam seu Berthonis de Masticone ejus comissarii, contenta in XI^{cim} pellibus, continentia recognitiones omnium censuum et feudorum quos et que percipiebat Aymonetus de Lenps in parrochia de Arenis in Oysencio, quos census idem Aymon. vendidit hominibus parrochie dicti loci de Arenis, et quia predicta tenebantur in feudum a domino et homagium dictique homines non erant habiles ad tenendum dict. feudum, fuit facta concordia cum dom^{o} gubernatore quod dicti census remanserunt dicte parrochie, et dominus percipiet laudationes et venditiones in rebus pro quibus fiunt census quando vendentur, de qua concordia recepit instrumentum Johannes Nicoleti M·CCC· LXX° vel circa.

983. Item, quod. al. instrumentum continens albergamentum noviter factum de nemore Rigaudi prope Morasium.

984. Item, qued. sentencia lata per dom. Jacobum de Montemauro, gubernatorem Dalphinatus, anno Dñi MCCCIIII^{xx}XIII et die XXIX octobris, signata signo Petri Chantarelli secretarii dalphinalis, in favorem domini nostri dalphini, per cujus tenorem apparet quod domus fortis Villieni Barralis sita in mandamento Avalonis, loco dicto in Vilari Nigro, tenetur cum suis juribus et pertinentiis de directo dominio et feudo dom^{i} nostri dalphini suorumque heredum et successorum et sub censibus, oneribus et serviciis proinde dom^{o} nostro pred. debitis, secundum formam antiquarum recognicionum productarum in processu super quo dicta sententia lata fuit ; in quibus cavetur quod chavaneira de Mal Borget, infra quam dicta domus

1. *En m.* Terre Theysii, Petre et Domene.

[redacted]

989. [Et primo] fuerunt reperta in dicta baronia terre Turris quatuor publica instrumenta scripta simul in una pelle pergaminea, scripta manu H(umberti) Pilati de Buxeria notarii publici, sub anno Domini M°CCC°XXXIIII°, indicione IIa, die XXVIIa mensis februarii cum diebus sequentibus continuatis in ipsis (declaratis), continentia homagia ligia et non ligia prestita per personas infrascriptas domino nostro dom° H(umberto) dalphino Viennensi : et primo Guillelmus de Fabricis, item Guillelmus Rovoyri, it. Guionetus de Vireu, it. Alaysia de Anthone ; it. dom. Siboudus de Viriaco miles, pro septem libris redditualibus quas tenet in Turre a domino ; it. dom. Hugo de Eriis miles, it. Johannes Alamandi ; it. Johannes de Balma, nomine uxoris sue filie dom¹ Jacobi Faber condam, (*add.* pro rebus quas tenet nomine ejusdem uxoris) ; it. Hugoninus de Broenc, it. Johonus de Broenc, it. Philippus de Jons, it. Pet(r)us de Broenc dicto Cotrux, it. Hugonetus Michailli, it. Dronnetus Rovoyri, it. Aymaretus Bordeti, it. Humbertus Rovoyri, it. Guillelmus de Torchifellon, it. Oliverius de Torchifellon, it. Beryllio de Osso, it. Johannes Ruffi, it. Hugonetus Bollaci ; it. Aguetha filia condam Johannis Ruffi, que confessa fuit se tenere a domino ea que tenet in mandamento de Turre ; it. Johanninus Athenulphi, it. Johannes Puti, it. Jacelmetus Prepositi, it. Soffredus Rovoyri, it. Boniffacius Michaylli ; it. Juliana filia condam Aymari Michali, pro rebus quas tenet a domino in mandamento Dentheisiaci.

990. Item reperte fuerunt qued. litere facte coram dom° Petro judice majore terre Turris, continentes extimationem et valorem reddituum castri Crimiaci ; que litere debuerunt sigillari et non fuerunt sigillate, que litere nullius valoris videntur esse.

991. Item, qued. litere emanate ab officiali Lugdunensi, continentes valorem et extimationem reddituum castri Maximiaci, scripte XXX die mensis mayi anno Dñi M°CCC°XXXIX°.

992. Item, qued. alie litere facte coram officiali Lugdunen. et judice terre Turris et Vailisbone, continentes etiam extimationem valoris reddituum et emolumentorum castri Montis Lupelli, scripte XXXIa die mensis maii cum quibusdam diebus sequentibus anno Dñi M°CCC°XXIX°.

993. Item, qued. litere facte coram officiali curie Lugdunen. et coram judice baroniarum terre Turris, sub anno Nativit. Dñi M°CCC

[redacted]

XXXIX°, die penultima mensis madii, continentes valorem et extimationem reddituum et perceptionum castri et mandamenti Sancti Saturnini de Cucheto.

994. Item, quod. publ. instrumentum confectum manu Humb[i] Pilati de Buxeria not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXVII°, indict. vª, die xviiiª mensis septembris, continens quod' dom. Humbertus dalphinus, in recomparsationem castri Balonis et Grandisconfort, reddidit et tradidit dom° Humberto domino de Thoria et de Vilariis castrum, villam et mandamentum Castillionis de Cornella cum ejus mandamento, territorio et pertinenciis suis; continens etiam quod dict. dominus de Vilariis dict. castrum Chastillionis recognovit se tenere in feudum a dicto dom. dalphino et eidem d. dalph. pro ipso castro fecit homagium, et de ipso castro ipsum promisit sequi de placito et de guerra, prout hec et alia plura in dicto instr[to] sunt inserta [1].

995. Item, qued. litere facte coram officiali Lugdunen. sub anno Dñi M°CCC°II°, que litere in aliquo non videntur tangere dominum nostrum dalphinum cum sint facte Lugduni et de rebus sitis Lugduni et inter privatas personas, continentes quod Guigo de Suronis et Alaysia ejus mater vendiderunt magistro Michaeli de Chatonay, habitatori Lugduni, medietatem pro indiviso domorum omnium que condam fuerunt magistri Guillelmi de Surrone sitarum Lugduni, precio II[c] xx librarum et aliarum xx librar. pro dinariis.

996. Item, qued. littere scripte coram officiali Viennensi et judice terre Turris, scripte die xxix mensis maii anno Dñi M°CCC°XXIX°, continentes valorem et extimationem reddituum castri Perogiarum.

997. Item, quod. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXIIII°, indict. iiª, die xiª mensis febroarii, continens homagium prestitum per dom. Theobaldum de Syes militem dom° dalphino.

998. Item, qued. litere seu instrumentum factum manu Hugonis Berlionis notarii, sub anno Dñi M°CCC°XXXIX°, die penultima mensis maii, indict. viiª, continens extimationem valoris castri Sancti Laurencii.

999. Item, quod. publ. instrumentum (*ut* 997), die xviiª mens.

1. *En m.* Vallis Bone. *De même aux n[os]* 997, 999, 1013, 1019, 1032, 1036, 1061, 1066, 1068, 1083, 1085, 1088-9, 1095, 1107, 1118, 1125, 1131, 1138, 1204, 1211.

[redacted]

febroarii, continens homagii prestationem factam per Guillelmum de Serrone Montis Lupelli dom° dalphino et terminum assignacionis ad recognoscendum infra certum tempus jam lapsum.

1000. Item, quod. instrumentum publ. confectum manu Aymonis de Tornafol notarii publ. sub anno Dñi M°CC°LXXVI°, indict. v°, nonas octobris, continens quand. concordiam factam inter dom. abbatem Ambroniaci et ejus conventum, ex una parte, et ill^em dom. Humbertum dominus de Turre et de Cologniaco, ex altera, super juridictione, bannis, guardis et pluribus aliis pertinentibus dicto domino de Turre in castro Ambroniaci.

1001. Item, quod. instrumentum publ. scriptum manu Bosoneti Bernardi notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXXIX°, die sabbati videl. xxvi^a mensis junii, continens quod dom. Humbertus de Amaysinio miles, Stephanus de Amaysino domicellus, Guigo Carutz de Torgennas, Jaquemetus de Amaysino, Johannes de Balma, Peronetus Putreux, Guiotus Pogrens, Humbertus Cara, Johannes de Insula senior, Johannes junior, Guillelmus Pogrens, Henrricus de Quirief, Humbertus de Briordo, Johannonus d'Andero, Rostagnus Caras et Hugoninus de Lucerno, Andreas de Mayref confessi fuerunt se esse homines ligios domini nostri dalphini.

1002. Item, quod. instrumentum receptum manu Bosoneti Bernardi notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXXIX°, videl. die xxvi^a mensis junii, continens quod Jaquemetus de Sancto Laurentio, Rossetus de Albrella, Philippus de Briordo, Henricus de Eriis, Guillelmus de Chimres, Johannes Pelleni et Soffredus de Quiriaco, habitatores mandamenti Sancti Andree de Briordo, confitebantur se esse homines ligios dicti dom. dalphini.

1003. Item, quod. instrumentum (*ut* 889), die vi^a mensis marcii, continens homagium ligium factum per dom. Bartholomeum de Berseo militem dom° Humberto dalphino Viennensi.

1004. Item, quod. vidimus publicatum et in formam publ. redactum coram dom° officiali Gracionopolis, sub anno Dñi M°CCC° XXXI°, indict. xiiii^a, die vii^a mensis madii, sigillatum in pendenti sigillo officialatus Gracionopolis, scriptum manu Petri de Portu notarii publ. condam, tangens ipsum instrumentum baylliviatum terre Turris, Viennesii et baroniarum Montis Albani et Medullionis, continens quod Johannes dominus Montis Lupelli condam quittavit castrum de Miribello condam dom° nostro dalphino et eidem Johanni

[redacted]

traditum fuit castrum Sancti Donati et Belleguarde, necnon et quittavit totam terram Montislupelli dicto dom° nostro dalphino, prout hec et alia in ipso instr^{to} continentur.

1005. Item, quod publ. instrumentum (*ut* 989), die penultima mens. febroarii, continens homagium factum per dom. Henricum de Drens militem dom° dalphino et recognitionem L librar. Viennen. redditualium eidem datarum per dom. Johannem dalphinum et eidem assignatarum in mandamentis Quiriaci, Sabloniarum et Turris.

1006. Item, qued. litere in pendenti sigillate, scripte sub anno M°CC°LXXXXII°, die mercurii post Assumptionem beate Marie, continentes quod Hugo de Burgundia confessus fuit habuisse et recepisse pro dom° Humberto dalphino M libras, et quod idem Hugo convenit sequi (?) dictum dom. dalphinum de Geria contra comitem Sabaudie.

1007. Item, quod. instrumentum scriptum manu Guig. Frumenti not. pub. sub anno Nativit. Dñice M°CCC°XXXVII°, indict. V, die IIII^{a} mensis febroarii, continens quod Guigo de Cuffigno, procurator abbatisse Beate Marie de Deserta Lugdunensis, confessus fuit quo supra nomine tenere in emphitheosim a dom° dalphino quod. brocellum seu nemus situm in mandamento de Vallibus en Velleno, pro quo faciunt V solid. II denar. census [1].

1008. Item, qued. litera in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°CCC°XXVI°, die XXI^{a} mai, continentes quod Humbertus dominus de Thoyri et de Vilariis confessus fuit habuisse a dom° Heinrico Dalphini IIII^{C} LXV libras, de quibus eundem quittavit.

1009. Item, quod. instrumentum confectum manu Guig. Frumenti not. pub. sub anno Nativ. Dñi M°CCC°XXXVII°, indict. V^{a}, die IIII^{a} mensis febroarii, continens homagium prestitum dom° H(umberto) dalphino per dom. Guidonem de Grolea militem, videl. de corpore, et continens quod idem dom. Guido confessus fuit se tenere in et de feudo reddibili et sub homagio ligio castrum Montis Revelli et mandamentum suum, et plurium aliorum de quibus dicebat se tunc non esse formatum, continens etiam plures alias conditiones in instr^{to} pred. descriptas [2].

1010. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Jacobi

1. *En m.* Perquiratur et tradatur castellano Vallium pro facto illorum de Monteluppello. — 2. *En m.* Perquiratur. *De même aux n^{os}* 1018, 1020-1, 1024, 1161, 1197.

[redacted]

Faverii notarii publ. et signatum manu Guig. Frumenti not. pub. sub anno Nativ. Dñi M°CCC°XXXVI°, indict. IIIIª, die XXVIIIª mensis januarii, continens ultimam transactionem et concordiam factum inter dom. Humbertum dalphinum et dominum Montislupelli, continens etiam plures pactiones, conventiones et recognitiones factas inter predictos, prout predicta lacius in dicto instrº continentur.

1011. Item, quod. instrumentum scriptum manu Aymareti Morellati notarii publ. sub anno ab Incarn. Dñi M°CCC°XXXIX°, XXVIª die mensis junii, continens quod nobiles infrascripti de Burgundio confitebantur se esse homines ligii dom[i] dalphini : primo Gualvagnus Leobardi, Amedeus Michailli, Berlio Dos et Dronnetus Paleux, Johannes Turelli, Jacelmonus Prepositi, Stephanus Richermi.

1012. Item, qued. litere scripte manu Guillelmi de Ambayref, die XXIIIª mensis junii anno Dñi M°CCC°XXXIX°, facte coram dom° Petro Petri judice terre Turris, continentes coffessionem plurium nobilium confitentium se esse homines ligios dom[i] nostri dalphini, quorum nomina sequntur : primo Guionetus Bovis, Humbertus Burnonis, Petrus de Jetz, Jacobus Facerii, Jaquemonus Bruni, Guillelmus de Puteo, Guionetus de Pannosac, Johannes Alam(andi), Guillelmus de Calomente, Johannes de Borsiaco, Berlietus de Vallina, Petrus de Bren, Johannes Facerii, Humbertus de Romanis, Ludovicus de Poypia, Aymon(etus) Alaman(di), Humbertus de Sathonatz, dom. Henricus de Eriis miles, Guarinus de Laura, dom. Albertus Vetule miles, Johannes de Palaniso, Stephanus Berardi, Stephanus de Loras miles; Johannes Payllaronis, nomine dom[i] Humberti de Balma et Guillelmi de Balm(a) ; Johannetus Payllaronus predictus, nomine heredum dom[i] Guardi de Poypia, quod homines sunt dicti dom[i] dalphini; Peronetus Gualoberi dicit quod Symondus Ruchondi est homo ut supra ; et quorumdam aliorum in dicto documento nominatorum.

1013. Item, quod. instrumentum scriptum manu Johannis de Petra sub anno Dñi M°CCC°XXIII°, indict. VIIª, die VIIª mensis januarii, continens homagium ligium factum dom° dalphino per Guigonetum de Palude, dominum Castellionis.

1014. Item, quod. instrumentum confectum manu Guig. Frumenti not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXV°, indict. IIIª, die XXVIIª mensis decembris, continens homagium ligium factum per Petrum de Gocia dom° dalphino et recognitionem de hiis que tenebat in manda-

mento Turris Pini et in mandamentis de Vourei, Albonis et Vallis, et terminum...

1015. Item, quod. instrumentum publ. scriptum manu Humb' Pilati not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXVII°, indict. vª, die IIIIª mensis febroarii, continens homagium ligium prestitum per dom. Amedeum de Rossillone militem, condominum Boschagii.

1016. Item, quod. instrumentum (*ut praced.*), die IIª mens. febroarii, continens homagium ligium prestitum per dom. H(umbertum) de Vilariis dom° dalphino et recognicionem per ipsum factam prout recognoverat pater suus, prout in quod. instrumento alio designato in eodem presenti instr'° continetur.

1017. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis de Sancto Denisio, habitatoris Bellivisus, sub anno Incarn. Dñice M°CCC°VIII°, die sabbati post festum b' Luce, continens quod dom. Humbertus de Vilariis miles, dominus de Thoeria, dedit dom° dalphino Johanni bone memorie castrum de Vilariis et de Poncinis donatione simplici inter vivos, et idem dom. dalphinus predicta castra dedit in feudum dicto domino de Vilariis et idem dominus de Vilariis pro premissis fecit homagium legium eidem dom. Johanni dalphino.

1018. Item, quod. instrumentum publ. scriptum manu Humb' Pilati, sub anno Dñi M°CCC°XXXV°, indict. IIIª, die XXII mensis septembris, continens homagium ligium prestitum per dom. Amedeum de Rossillione, dominum Boschagii, dom° dalphino et recognitionem per ipsum factam de castro suo seu de domo sua forti Sancti Juliani de Boschagio, cum juribus et pertinentiis suis, et de hiis que habet in parrochiis Sancti Juliani predicti et de Bezeruncia, de Briuntz, de Creis.

1019. Item, quod. instrumentum scriptum manu Alberti de Brayda not. pub. sub anno Dñi M°CCC°IIII°, II indict., die ultima mensis madii, continens homagium et recognitionem factum per Hugonetum de Sancto Andrea, de Sancto Germano, dom° dalphino.

1020. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Humb' Pilati not. pub. sub anno Dñi M°CCC°XXXVII°, septima indict., die ultima mensis januarii, continens homagium ligium prestitum per dom. Guigonem de Rossillone militem, condominum Bochagii, dom° dalphino Viennensi et recognicionem per eum factam de domo sua forti Sancti Juliani et de pluribus aliis ut continetur in instr'° pred.

1021. Item, quod. litere emanate a dom° Heinrico de Burgundia,

[redacted]

anno Dñi M°CCC°XXV°, die ultima madii, continens receptionem et quittationem XII^C librar. parvorum Turonen. de majori summa solutorum per dom. dalphinum eidem, pro homagio facto per eumdem Henr. dicto dom. dalphino, videl. Guigoni.

1022. Item, qued. litere sigillate duobus sigillis in pendenti, emanate et date sub anno Dñi M°CC°LXXII°, die veneris ante festum b[i] Petri ad Vincula, continentes quod Guiffredus de Viriaco accepit in feudum a dom° Humberto, domino de Turre, c libras Viennen. in mandamento Montis Revelli, sub formis certis et conditionibus aliis pluribus descriptis in literis anted. [1]

1023. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Petri Ansermi notarii publ. sub anno Dñi M°CC°LXXVIII°, indict. vi^a, nonas augusti, continens quod Odonetus de Poypia, filius condam dom[i] Petri de Poypia (....) [2].

1024. Item, qued. litere tribus sigillis in penditi sigillate, sub anno Dñi M°CC°LXXII°, die veneris ante festum b[i] Petri ad Vincula, continentes quod Guiffredum de Viriaco, dominus Montis Revelli, juravit accipere in feudum a dom° dalphino omnia que tenebat in parrochia Beati Martini de Doysino et in toto mandamento castri Montis Revelli et etiam ultra multa alia contenta plenius in literis.

1025. Item, quod. publ. instrumentum confectum manu Bosoneti Charmellaci de Crimiaco notarii publ. sub anno Dñice Incarn. M°CC(C)° XIX°, die xiii^a mensis maii, continens presentationem factam per dom. Jacelmum Latardi militem et dom. P. de Apteno jurisperiti, auctores dom[i] nostri Heinrici Dalphini, tutoris Guigonis dalphini Viennensis, factam dom° P(etro) de Sabaudia, Lugdunensi archiepiscopo, de prestandis homagiis debitis dicte ecclesie Lugdunensi, continens etiam quasd. alias presentationes factas dom° Lugdunen. predicto.

1026. Item, quod. publ. instrumentum confectum manu Guillelmi Burlodi notarii publ. sub anno Dñice Incarn. M°CCC°XXXIX°, die xxviii^a mensis junii, in quo nobiles infrascripti et plures alii nominati in eodem instr^to confessi fuerunt se esse homines ligios dom[i] nostri dalphini, coram notario suprascr., que nomina sunt hec : primo Heinricus de Muyssone, Humbertus de Bastida ; Rollandus, Guillelmus, Johannes Seveti, fratres ; Humbertus de Bastida, Girinus de Rupecisa, Johannes Prepositi, Johannes de Bastida, Martinus Prepo-

1. *En m.* Terre Turris. *De même au n°* 1197. — 2. *En m.* Graysivodam.

[redacted]

siti, Vincentius Belicentz, Hugoninus de Cologniaco, Humbertus de Bastida, Johannes de Montaneis.

1027. Item, quod. instrumentum publ. confectum manu Guillelmi de Savigniaco notarii publ. sub anno Incarn. Dñi M°CCC°XXV°, die xxixª decembris, indict. ixª, continens donationem inter vivos factam per Johannem dominum Montislupelli dom° Henrico Dalphini, baroniarum Montisalbani et Medullionis domino, de castris de Montelupello, de Vallibus et de bastida de Monte Lupello prope Johannages cum ejus juribus et pertinentiis.

1028. Item, quod. al. instrumentum confectum manu Franc. de Montejoco, civis Papie, sub anno Incarn. Dñi M°CCC°XXVI° et die xiiª mensis januarii, continens permutacionem factam per dom. Henricum Dalphini cum Johanne de Montelupello, de castro Miribelli baroniarum Medullionis cum castro de Bellaguarda, cum pluribus pactionibus et conventionibus in dicto instr^{to} descriptis.

1029. Item, instrumentum publ. scriptum manu Franc. de Montejoco notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXVI°, die videl. xiiª mensis januarii, continens donationem factam per Johannem de Montelupello dom° dalphino castrorum Sancti Donati et Belleguarde, sub pluribus conditionibus et pactionibus in dicto instr^{to} contentis.

1030. Item, quod. instrumentum scriptum (*ut præcedd.*) et subscriptum etiam et signatum manu Guillelmi de Savigniaco not. pub., continens permutationem factam inter dom. Henricum Dalphini ex una parte et Johannem de Monte Lupello ex altera, de castris Montislupelli, bastide Montislupelli et de Vallibus cum castris Sancti Donati Viennensis diocesis, de Loyetes Lugdunen. diocesis, Miribelli Vasionen. diocesis, cum pluribus pactionibus et conditionibus...

1031. Item, quod. al. instrumentum (*ut* 1029), continens quod Johannes de Montelupello confitebatur sibi plene recompensatum fore et solutum a dom° H(enrico) Dalphino de castro Miribelli Vasionen. diocesis, et plures alie pactiones continentur in ipso instr^{to}.

1032. Item, quod. al. instrumentum confectum manu Stephani Poyzac notarii publ., signatum signis Jacobi Martini et Guillelmi de Savigniaco nott. pubb., continens recognicionem factam per Johannem de Montelupello dom° Johanni dalphino de villis et parrochiis de Bayno, Sancti Mauricii de Bayno, de Chailleu, de Pisseu, de Sancta Cruce, de Breyssola, de Biligneu, de Nievro et de omnibus que

habet in dictis parrochiis seu villis, sub anno Incarn. Dñi M°CCC° XVII°, die xvii° mensis decembris, indict. Iª.

1642. Item, quod. vidimus scriptum manu Laurentii de Duce, sub anno Dñi M°CCC°XV, indict. XIII^a, III° kalend. septembris, cujus originale continet quedam negocia, transactiones et pacta diversa et quedam utilia visu dudum habita inter dom. B(eatricem) dominam Fucigniaci et Johannem ejus filium ex una parte et comitem Gebennensem ex altera, que omnia lungum esset enarrare.

1643. Item, quod. instrumentum continens quod. vidimus exemplatum et publicatum coram rev^do in Xpisto patre dom. Guillelmo miseratione divina sancte Viennensis ecclesie archiepiscopo, scriptum in decem cartis pargamineis simul ligatis manu Aymonis de Tornafol de Monte Luppello et signatum signo aliorum trium notariorum, et eciam publicatum coram rev^dis in Xpisto patribus archiepiscopo Ebredunensi (et episcopis) Vapincensi, Dyensi et Valentinensi, sigillatumque in pendenti quatuor sigillis dict. dd. archiepiscoporum Vien. et Ebr. et episcoporum Vap., Val. et Dyen. nec non et sigillo dom^i Johannis de Alneto militis, comissarii regii, sub anno Dñi M°III^C I°, indic. XV^a, pontifficatus dom^i Bonifacii pape VIII^i anno VII°, continens plures licteras et instrumenta; et in prima carta ipsius vidimus continetur preambulum dom^i archiepiscopi Viennensis; — 1644. In II^a, vero carta continetur qued. littera scripta anno Dñi M°II^CXXX°, mense februarii, in qua continetur quod Aymo dominus Fucigniaci dabat in uxorem Agnetam ejus filiam Petro filio condam comitis Sabaudie et ejus terram et totam baroniam Fucigniaci in dotem, et

Petrus filius comitis Sabaudie promitebat facere heredem seu
s liberos quos haberet a dicta Agneta; — 1645. In IIIa,
: Va cartis continetur testamentum dom[i] Petri de Sabaudia,
Sabaudie, in quo idem dom. Petrus sibi heredem insti-
m. Beatricem filiam suam, dominam Fucigniaci quondam,
terra quam habebat in Gebennesio, in Vaudo usque ad
neus et in Alamannia, et plura alia legata fecit et plures alias
iones Dalphinatui si servarentur; — 1646. Item in VIa carta
tur qd. littera emanata a dom° Philippo comite quondam Sa-
, in qua continetur quod nulla prescriptio curreret domine
iaci de hiis que tenebat idem dom. Philippus de jure dicte
Fucigniaci; — 1647. It. qd. al. lictera in qua continetur
lictus comes Sabaudie dedit dom° Alberto domino de Turre
id dom. Pe(trus) de Sabaudia aquisiverat apud Bergondium;
8. It. qd. al. lictera in qua continetur quod doma Lyoneta
de Jas recognovit se tenere in feudum a doma B(eatrice) do-
ucigniaci, in primis dominium castri de Castellione in Michallia,
strum de Clusa, it. castrum de Ponye, it. dominium castri de
ent, it. dominium castri de Sancto Johanne et de Gevollis,
le Fleye, de Pollie, de Grilye, de Prengins, de Janolye, de
Richerio et domus fortis de Colay, et generaliter quidquid ha-
lodii in dyocesibus Gebenne et Losane; — 1649. It. qd. al.
in qua continetur quod domina Fucigniaci donavit dom°
erto) dalphino feudum terre et baronie de Jas; — 1650. It.
quarta continetur qued. lictera in qua continetur quod domina
iaci dedit dom° dalphino VIm librar. Viennen. quas sibi debe-
na Lyoneta; — 1651. It. in VIIIa carta continetur qued. lic-
qua continetur quod doma B(eatrix) domina Fucigniaci dedit
l. dalphino castrum de les Cleyes, de Verdone et plura alia
et feuda ut in ipsa lict. continetur; — 1652. It. IXa carta con-
r septem lictere emanate a dicta domina Fucigniaci, quarum ra
uod domina Fucigniaci dabat dom° dalphino baroniam Fuci-
— 1653. IIa lictera continet quod domina Fucigniaci mandabat
le Castellione quod faceret homagium dom° dalphino et ei re-
ceret; — 1654. In IIIa lict. continetur quod mandabat Ay. de
ns quod faceret homagium dom° dalphino; — 1655. IIIIa con-
uod mandabat Johanni de Morii quod faceret homagium dom°
no; — 1656. It. va continebat quod mandabat Guillelmo de Mon-

[redacted]

tynef quod faceret homagium dom° dalphino; — 1657. viª lict. continebat quod mandabat universitati de Versoy ut facerent homagium dom° dalphino; — 1658. viiª lict. continebat quod dom. Ay(mo) comes Sabaudie promitebat juvare et deffendere domino Fucigniaci et ejus terram; — It. Xª carta continentur subscriptiones notariorum predict.

1659. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri de Monte de Sercenay notarii publ., continens homagium prestitum dom° Hugoni Dalphini, domino Fucigniaci, per Stephanum filium condam Petri de Chaulay, quod instr^m est sub anno Dñi M°III^{c}XV, indic. xiii.

1660. Item, qued. lictera emanata a dom° Amedeo comite Sabaudie, ejus sigillo sigillata, scripta sub anno Dñi M°II^{c}XC IIII°, continens quod dictus dom. Amedeus promisit domine Fucigniaci reddere castrum de Versoy et plura alia feuda, sub modis et condicionibus diversis ut in ipsis licteris continetur.

1661. Item, quod. instrumentum scriptum manu Stephani de Dyse notarii, sub anno Dñi M°II^{c}XC°V°, indict. ixª, die veneris post Purificationem beate Marie virginis, continens homagium et recognitionem factam domine Fucigniaci per Amedeum de Cignis in Tarantayssia.

1662. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu dicti notarii sub anno Dñi M°II^{c}XCVI°, indict. ixª, iii° kalend. junii, continens homagium et recognitionem factam magistro Richardo de Chasta, recipienti nomine domine Fucigniaci, per Johannem de Aneriis mandamenti de Bona.

1663. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Guigonis de Lacu publ. notarii, sub anno Dñi M°III^{c}XV°, indic. iiiiª, viª mensis novenbris, continens homagium Amedei d'Amel(lino) mandamenti Charuscie prestitum domine Fucigniaci.

1664. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Johannis de Monte publ. notarii, sub anno Dñi M°CCC°IIII°, indict. iiª, iiª kalend. decenbris, continens homagium ligium et recognicionem factam per Johannem de Doyrie dom° Hugoni Dalphini, domino Fucigniaci.

1665. Item, quod. al. publ. instrumentum factum manu Aymonis de Tornafol notarii, sub anno Dñi M° III^c III°, die mercurii ante festum Assumpcionis beate Marie, continens donacionem factam per dom. B(eatricem) de Vienna de omnibus bonis suis paternis et maternis dom° Humberto dalphino et Johanni ejus filio.

[redacted]

1666. Item, qued. lictera in pendenti sigillata sigillo dom^{i} Hugonis Dalphini, domini Fucigniaci, sub anno Dñi M^{o}III^{C}XXI°, continens quod dict. dominus Fucigniaci promissit dare et cedere dom^{o} Guigoni dalphino et Humberto fratri ejus homagium et fidelitatem nobilis viri dom. Guillelmi de Janvile, domini de Gayio, et successorum suorum et omnia ea ad que dict. dominus de Gayio eidem erat astrictus et obligatus, continens eciam quod dict. dominus Fucigniaci mandabat eidem domino de Gayio ut recognoscere(t) omnia que ab eo tenebat a dictis fratribus et eis homagium faceret.

1667. Item, qued. lictera sigillo dom^{e} B(eatricis) domine Fucigniaci sigillata, sine anno et data die lune ante festum b^{i} Andree apostoli, continens quod dom^{a} B. domina Fucigniaci mandabat Johanni de Mons, filio Humberti de Mons, quatenus feudum, homagium et fidelitatem in quibus eidem tenebatur dom^{o} Humberto dalphino Viennensi recognosceret, quia predicta omnia eidem dom. dalphino dederat.

1668. Item, qued. lictera in pendenti sigillata sigillo dom^{e} Lyone de Jas, scripta sub anno Dñi M^{o}II^{C} octuag. VIII°, continens quod dicta dom^{a} Lyoneta confitebatur habuisse a dom^{o} Radulpho de Cossonay, solvente nomine dom^{e} (Beatricis) domine Fucigniaci, III^{C} libras Gebennen. — 1669. Item, al. littera in qua continetur quod dicta dom^{a} Lyona confitetur habuisse a dicta domina Fucigniaci C libras Geben. de majori summa in qua eidem tenebatur domina Fucigniaci pro gageria de Versoy.

1670. Item, qued. lictera (vidimus) sigillata in pendenti sigillo dom^{i} episcopi Gronopolitani, continens tenorem cujusdam confirmacionis facte per dom. Petrum de Sabaudia super matrimonio contracto per verba de futuro inter dom. Guigonem dalphinum ex una parte et Beatricem filiam ejusdem dom. Petri ex alia, continens eciam plures alios tractatus habitos inter eos.

1671. Item, quod. publ. instrumentum in pendenti sigillatum, scriptum sub anno Dñi M^{o}II^{C} octuag. VII°, indict. v^{a}, x die mensis novenbris, manu Jacobi Chaurerii notarii publ., continens quod dom^{a} B(eatrix) domina Fucigniaci dedit ill^{i} principi dom. Humberto dalphino Viennensi universum feudum universe baronie de Gayio, que pro ipsa tenetur (et) teneri consuevit, una cum omnibus et singulis juribus pertinentibus ad ipsum feudum, et homagium quod ab ipso feudo tenetur, sub modis et conditionibus in ipso instr^{to} contentis. — 1672.

[redacted]

Item, vidimus super dicto facto, scriptum sub anno Dñi M°II^{c}XC°I°, sigillatum sigillo curie officialis Vienne.

1673. Sequntur solutiones facte per Giraudum Peyllardi et Johannem Cellerii, nomine domini nostri Humberti dalphini, personis infrascriptis sub anno Dñi M°III^{c}XXVIII°: et primo Johannodo Tarini viii^{a} libras grossarum, ut constat quod. instrumento scripto manu Asselini de Chissim, facto sub anno predicto; item, Ufredo Saboudi octa libras vi solid. viii gross. Turonen., u(t con)stat qd. instr^{to} scripto manu dicti notarii in una pelle cum preced. et sub eod. an.; it. Johanni de Jas xxx sol. iii den. grossos, constat quad. littera papirea suo sigillo sigillata; it. Stephano Rebati et Ramaneto Sybaudi x libr. gros., constat al. littera papirea suo sigillo sigillata; it. dom^{o} Matheo Leobardi, cap(ellano) dom^{e} dalphine, vi libr. gross. Turon., reddidit litteram confessionis; it. Humberto Villeti IIII^{c} libr. grosso pro xx denar.; it. Henrico Chotardi viii° libr. gross., constat littera suo sigillo sigillata; it. dom^{o} Rad(ulpho) condomino de Alta Villa, recipienti nomine dom^{i} Johannis Alamandi domini de Revello et de Uriacata, xli libr. et v^{e} sol. gross., constat littera papirea suo sigillo sigillata.

1674. Item, qued. littera officialis curie Gebenne, sub anno Dñi M°II^{c}XC°, continens quod Nycolaus condominus Castellionis in Michalia confessus fuit et recognovit in judicio se esse hominem ligium ill^{is} dom^{e} domine Fucigniaci et se tenere ab ipsa in feudum terciam partem dicti castri Castellionis cum dominio et seygnoria ejusdem, item et quidquid tenet a domino de Jas.

1675. Item, qued. littera in pendenti sigillata sigillo dom^{e} Agnesie de Cabilione, comitisse Gebennensis, scripta sub anno Dñi M°III^{c} XXII°, continens procuratorium per ipsam dominam factum dom^{o} Girardo de Ponte Vitreo militi et Valterio Bone Dyey jurisperito ad recuperandum M.III^{c} libras Geneven. quas sibi debebat dom. Henricus Dalphini, tutorio nomine Amedei filii dicte domine.

1676. Item, qued. littera duobus sigillis in pendenti sigillata, scripta sub anno Dñi M°III^{c}XL°, continens compositionem factam per dom. Rollandum de Vienna, bayllivum terre Fucigniaci, et dom. Guigonem Falavelli, judicem dicte terre, cum dom^{o} abbate de Sys super comissis per eum et subditos suos, ut in dicta littera continetur.

1677. Item, quod. al. publ. instrumentum scriptum manu Guillel-

[redacted]

mi de Petris, sub anno Dñi $M^{o}II^{c}XC^{o}II^{o}$, continens homagium ligium prestitum per Richardum de Chilye dom• B(eatrici) domine Fucigniaci.

COMITIS GEBENNE.

1678. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Petri Pellerii de Quiriaco notarii publ. sub anno Dñi $M^{o}CCC^{o}XVI^{o}$, indict. XIIII^{a}, die XVI^{a} mensis junii, continens quod constituti personaliter ill^{mi} principes dom. Johannes dalphinus Viennensis ex una parte et dom. Guillelmus comes Gebennensis ex altera, dictus dom. Guillelmus comes Gebennen. sine aliqua violentia, considerans grata servicia sibi et predecessoribus suis impensa a predicto domino et suis progenitoribus, dedit donatione irrevocabili inter vivos pro se et suis predicto dom. dalphino recipienti pro se et suis, tanquam bene merito, castra, mandamenta, territoria, feuda, retrofeuda, allodia que et prout inferius continetur, et specialiter et expresse comitatum Gebennensem, cum omnibus juribus et pertinenciis competentibus racione comitatus predicti, exceptis hiis que per ipsum ab alio domino teneantur, et de dicto comitatu se devestivit et dictum dom. dalphinum investivit; quibus peractis et completis, predictus dom. dalphinus predicto dom. comiti Gebennen. presenti et recipienti predicta omnia donavit in feudum antiqum ipsumque per tradicionem baculi de predict. universis et singulis investivit, et sibi donavit eciam pro suis oneribus suportandis XV^{m} librar. parvorum Turonen., quas confessus fuit dictus dom. comes Geben. se habuisse et recepisse a dicto dom. dalphino in peccunia dicto d. comiti realiter numerata: hoc acto expresse inter predict. dños comitem Geben. et dalphinum quod quicumque fuerit successor et heres dicti comitis Gebennen., ille successor et heres universalis te(ne)atur eandem recognicionem facere dicto dom. dalphino vel suo successori et heredi universali quam facit in hoc pres. $instr^{to}$ dictus dom. comes supra vel infra, pro quibus dictus d. comes confessus fuit ab antiquo se esse hominem ligium dicti d. dalphini et nunc de novo sibi fecit homagium, interveniendo osculo pacis et fidelitatis juramento, salvo tamen quod si idem dom. comes Geben. tenebatur ad homagium ligium dom^{o} episcopo Gebennensi prius quam dom^{o} dalphino pro aliquo feudo, si quod tenet ab eodem d. dalphino, possit eidem d. episcopo de ipso feudo deservire, dicto d. comite semper remanente in homagio ligio dicti d. dalphini et heredum ipsius; promisit etiam idem d. comes juramento se factu-

rum et curaturum cum effectu quod omnes vassalli predicti d. comitis qui aliquid tenent in feudum ab ipso, quod ad requisicionem predicti d. dalphini vel ejus procuratoris omnia que tenent de feudo predicti d. comitis recognoscent esse de feudo ipsius et de retrofeudo pro concequens dicti d. dalphini; et si ita esset, quod absit, quod heres et successor universalis in dicto comitatu Gebennen. nollet predicta recognoscere de feudo dicti d. dalphini et que sibi donavit predictus d. dalphinus in feudum antiqum et illa que (sunt) de feudo dicti d. comitis Geben. et ea que sunt de retrofeudo ipsius d. dalphini, in illo cásu predicti homines et vassalli non teneantur obedire predict. heredibus et successoribus predicti d. (comitis) Geben., set predicto d. dalphino et heredibus suis in dicto Dalphinatu; item fuit actum quod dictus dom. dalphinus nec ejus successores aliquo tempore possint nec debeant directum dominium dicti comitatus vel quodcumque jus eis competens in feudis et retrofeudis predictis alienare nec transferre in aliquam personam extraneam, set semper penes dalphinum et Dalphinatum remaneant ut sit visibilis unio inter ipsos. Item eadem unio facta fuit per eos super baronia Fucigniaci: fuit actum et conventum inter partes predict. et dom. Hugonem Dalphini, dominum Fucigniaci, pro se et heredibus suis quod unus teneatur de tota terra sua alium adjuvare, sequi et deffendere toto posse quociensciumque fuerint requisi(ti); castra vero que erant de proprietate et allodio predicti dom. comitis Gebennen. et que predictus dom. dalphinus dedit sibi in feudum directum, dominium retinendo, sunt hec: primo castrum de Duyno, castrum de Crusilli, item Chaceuz en Semana, it. Bastida et (*leg.* de) Balma, it. les Clees, it. Grusfies et qued. alia in dicto instr^io^ contenta, quod instr^m^ sigillatum est in pendenti duobus sigillis.

1679. Item, quod. al. instrumentum scriptum manu Bernardi Juliani notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XIX°, indict. II^a^, die XVII^a^ mensis maii, continens quod ad instantiam et requisicionem ill^is^ viri dom. Henrici Dalphini, regentis Dalphinatum, tutoris et tutorio nomine ill^ium^ pupillorum Guigonis et Humberti dalphini, filiorum et heredum recolende memorie dom' Johannis dalphini, in presencia Bern. Juliani notarii stipulantis nomine quo supra, ill^is^ vir dom. Guillelmus comes Gebennensis requisivit nobiles infra scriptos ut sibi recognoscere deberent ea que ab ipso tenebant, qui nobiles recogniciones infra scriptas fecerunt; quibus recognicionibus factis, dictus d. comes

[redacted]

infra script. nobilibus et omnibus aliis in dicto comitatu existentibus, nobilibus et innobilibus, tam presentibus quam absentibus junxit quatenus nullo alio mandato super hoc expectato predict. recogniciones faciant, videl. quod sunt de retrofeudo dicti d. dalphini, facere debeant dicto tutori vel dom^{o} Guigoni dalphino. Nobiles vero sunt : dom. Petrus de Terniaco, dom. Thomas de Compesio, dom. Robertus Vagnardi, milites et plures alii. — 1680. Item, anno, indic. et loco predict., videl. xix^{a} mensis maii, ad instanciam et de mandato quo supra, Petrus de Crancio, Michael Francisci, Johannes de Viges, Johannes de Fronsonay, notarii et sindici ut dicunt burgi Aneyssiaci, nec non omnes et singulares persone in dicto instr^{to} nominate pro se et aliis dicte universitatis juraverunt quod perpetuo servabunt et manu tenebunt, custodiant et deffendent predict. dalphinum et suos et jura Dalphinatus, cum pluribus aliis modis eisdem preceptis per dictum dom. comitem Geben. — 1681. Item, an., die et ind. predictis, apud Rumilliacum en l'Albanes, ad requisicionem et instantiam qua supra et de mandato quo supra, dom. Girardus Porterii miles et plures alii de Rumilliaco qui in ipso instr^{to} nominantur promiserunt similiter dicto tutori, recipienti nomine quo supra, ut supra sindici, burgenses et consules Aneyssiaci promiserunt et juraverunt, et hoc idem fecerunt plures alii in dicto instr^{to} contenti et nominati.

1682. Item, quod. al. vidimus manu Guillelmi de Elemosina scriptum et signatum sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XXIII°, die xvii^{a} mensis januarii, continens tenorem supra scripte prime recognicionis facte per dom. comitem Gebennen., continens eciam tenorem cujusd. alt. instrumenti in quo continetur quedam retenta per dict. d. comitem in infeudacione comitatus predicti.

1683. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri de Sarsonay notarii publ. sub anno Dñi M^{o}CCC^{o}XVIII°, xi^{a} die mensis junii, sigillis nobilium et potentium virorum dd. Guillelmi comitis Gebennen. et Hugonis Dalphini, domini Fucigniaci, in pendenti sigillatum, continens confirmacionem, ratifficacionem et approbationem per dict. dominos factas de omnibus convencionibus et pactis olim habitis inter eorum predecessores, continens eciam pacta et convenciones de novo inter eosdem factas et facta, sacramenta et promissiones super dict. convencionibus observandis et penam M marcharum argenti contra alterum ipsorum in contrarium venientem, continens

[redacted]

eciam obligacionem certorum castrorum per quemlibet ipsorum obligatorum pro dicta pena recuperanda si contrarium fieret et qued. alia utilia domino, prout in dicto instr[to] continetur.

1684. Item, quod. al. publ. instrumentum scriptum manu Petri Pellerini de Quiriaco, sub anno Dñi M°CCC°XVI°, die XVI° mensis junii, continens in effectu recognicionem et infeudacionem factam que supra in presed. recognicione, videl. prima littera recognicionum dom[i] comitis Gebennarum, idem dom. comes fecit dom° Johanni dalphino Viennensi.

1685. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Anselmi de Sychins notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XIX°, indic. II[a], die XXI[a] mensis madii, continens promissionem et sacramentum factum et factam mandato ill[is] viri dom. comitis Gebennensis, ad instantiam dicti Anselmi notarii, recipientis nomine dom[i] dalphini, per Hugonetum de Druycie, Johannem Humberti et plurium aliorum mandamenti Clarimontis in Gebennesio nominatorum in pres. instr[to], eorum propriis nominibus et vice et nomine universitatis singularumque personarum present. et futur. mandamenti castri Clarimontis, videl. de juvando et sequendo Dalphinatum et dalphinum prout in ipso instr[to] continetur.

1686. Item, quod. al. publ. instrumentum scriptum manu Symondi Vimberti de Monteuls notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XXVI°, indic. X[a], die sabati ante festum sancti Andree, continens requisicionem factam per dom. Guigonem Borrelli, procuratorem dalphinalem, dom° comiti Gebennensi, de faciendo homagium dom° dalphino.

1687. Item, qued. lictera in pargameno scripta sub anno Dñi M°CCC°IIII°, die martis in quindena b[i] Michaelis, que olim fuit duobus sigillis in pendenti sigillata, continens composicionem, transactionem et concordiam amicabilem factam inter potentes viros dom. Amedeum comitem Gebennarum et dom. Hugonem Dalphini, dominum Fucigniaci, super querela que inter ipsos vertebatur super constructione castri Gallardi, continens etiam quasd. alias convenciones super predictis inter ipsos factas prout in eadem littera continetur.

1688. Item, qued. littera scripta sub anno Dñi M°CCC°XI°, die lune post dominicam qua cantatur Remissere, continens quod dom. Guillelmus comes Gebennensis promisit dom. Johannem dalphinum indempnem observare de fidejussione in qua pro ipso erat erga dom. matrem dicti comitis de duerio ipsius domine.

[redacted]

1689. Item, quod. vidimus plurium litterarum continencium pacem et convenciones factam et factas inter nobiles et potentes viros dom. comitem Gebennarum et dom. Aymonem dominum Fucigniaci, pacem factam inter dict. d. comitem et dom. B. dalphinam; continens eciam plures al. litteras super contractibus dict. dñorum, scriptum in quatuor pellibus manu Petri de Sersonay notarii publ. sigilloque dom^{i} comitis Geben. signatum.

1690. Item, qued. littera a serenissimo rege Francorum Philippo emanata ejusque sigillo in pendenti sigillata, data Parisius die xvii^{a} februarii anno Dñi M°CCC°XIX°, continens quod prefatus dom. rex Franc. per ipsas litt. mandabat dom^{o} Guillelmo comiti Gebennensi quatenus dom^{o} dalphino filio suo homagium seu homagia in quibus sibi tenebatur racione castrorum Clarimontis, Anayssiaci, Castri Gallardi et de Ruppe in Gebennesio, in quibus eidem tenebatur tanquam comiti Burgondie, de voluntate et ascensu dom^{e} Johanne regine Francie et Burgondie comitisse, in dilectum dom. Guigonem dalphinum transtulerat, que eidem recognosceret prout in ipsa litt. continetur.

1691. Item, quod. publ. instrumentum scriptum manu Petri Pellerini de Quiriaco notarii publ. sub anno Dñi M°CCC°XVI°, sil. xiiii^{a} indic., die xvi^{a} mensis junii, continens pacta et convenciones factas inter ill^{em} principem dom. Johannem dalphinum Viennensem ex una parte et dom. Guillelmum comitem Gebennensem, super infeudacione castrorum Anayssiaci, Clarimontis, Castri Gallardi et ville Ruppis, et super hiis que dñi Amedeus et Hugoninus fratres dicti dom. comitis Geben. tenebant ab alio quam a dicto comite; qui tractatus erat quod dict. comes predicta omnia debebat accipere in feudum a dicto dom. dalphino pro VIII^{m} librar. Turonen., quas dict. d. dalphinus dicto d. comiti debebat dare facta prius concordia et transactione cum dom^{o} Philippo rege Francorum, qui questionem movebat super dict. castris et villa, prout in ipso instr^{to} plenius continetur.



[redacted]

SEQUNTUR PRIVILEGIA OLIM CONCESSA PER DOMINOS IMPERATORES ROMANOS DÑIS DALPHINIS VIENNENSIBUS ET EORUM PREDECESSORIBUS, A QUIBUS CAUSAM HABUERUNT IN DALPHINATU, TERRA TURRIS, BARONIIS MEDULLIONIS ET MONTIS ALBANI, ET ALIIS TERRIS EORUM.

Guy ALLARD, *Documents mss.*, t. VII, f° 5 : Analyse des n°s de l'*Invent.* 4, 26, 8, 2, 9; v°: 3, 10, 1, 14, 22; — f° 6 : 21, 17, 20, 18, 12, 5, 11 ; v°: 7, 25, 30, 32.

IN nomine Domini, amen. Noverint universi quod anno Nativitatis Domini M°CCC° quinquagesimo, indictione tercia, die IXa mensis madii, fuerunt extracta de archivo dalphinali apud Sanctum Andream Gracionopolis privilegia, instrumenta et lictere infrascripta et in-te et recepta et r-te per dom. Dionisium Flaconis, clericum thesaurarii et domini nostri dalphini, de mandato rever. in Xpisto patris dom[i] Johannis Dei gracia episcopi Gracionopolis ibidem presentis.

Guy ALLARD, *Documents mss.*, t. VII, f° 370: n°s de l'*Invent.* 3,

1692. Item, quod. al. privilegium antiquissimum sine sigillo et facit mencionem de Morasio, quod fidem non facit, sub anno M°IX, VIII ydus januarii, regnante dom° Rod(ulpho) rege.

5, 4; v° : 30, 15, 14, 6 ; — f° 371 : 17, 8, 84, 12 ; v°: 26,

1693. Item, qued. lictera emanata a dom° fratre Matheo, tituli Sancti Laurencii in Damaso presbitero cardinali, continens absolutionem novi pedagii et gabelle, sigillata in pendenti sigillo dicti dom. cardinalis cera rubea, data et concessa VIII° ydus maii, pontificatus dom[i] Nicolay pape IIII anno secundo.

Item quedam cayssia in qua sunt quinque lictere de proximo et continue designate: n°s 23, 9; — f° 372 : 11, 21, 10.

1694. Item, qued. lictera continens formam quittacionis faciende per comitem Sabaudie de feudo et homagio Fucigniaci, sigillata sigillis dom[i] Humberti dalphini et comitis Sabaudie, que fuit posita in precedenti cayssia.

1695. Item, quinque instrumenta continentia soluciones factas comiti Sabaudie, que ascendunt circa XII^{C} florenor. pro facto pacis.

[redacted]

1696. Item, quod. rotulum pargamineum in quo continentur peticiones quas faciebat dom. dalphinus pro se et dom^{a} Beatrice dalphina contra comitem Sabaudie.

1697. Item, qued. lictera composicionis facte per dom. A(lbertum) dominum de Turre et dom. Guillelmum dominum de Bello Visu, super castris de Bello Visu, de Pineto, de Sancto Johanne et de Ambornay, sigillata septem sigillis in pendenti : remansit.

1698. Item, qued. lictera continens formam qüittacionis faciende per dom. Mariam de Brebantio, comitissam Sabaudie, dom^{o} Humberto dalphino Viennensi : que etiam fuit posita in dicta cayssia.

Et predicta tradita fuerunt eidem d. Dionisio per dictum dom. episcopum, presentibus dñis G(uillelmo) de Manso, legum doctore, Raymundo Falavelli jurisperito, Johanne Mathei, Francisco Bermundi notario et me Stephano Girardi, in sacristia ecclesie Sancti Andree Gracionopolis ubi tenentur scripta dalphinalia.

MEMORIALE sit quod anno Nativitatis Domini mill'o CCC°XLVI°, die xxviii^{a} januarii, reverendus pater dom. Henricus, Dei gratia archiepiscopus et comes Lugdunensis, recepit a gentibus domini nostri ··pape et dom^{i} vice comitis Bellifortis bullas et litteras infra designatas [1] :

1699. Primo, unam bullam que dirigitur priori et conventui Fratrum Predicatorum de Veneciis, quod depositum XXXII^{m} ducatorum auri, quod habent ad opus dom^{i} nostri pape et ejus camere depositos penes eos, tradant per dom. Gregorium episcopum tunc electum Cenadiensem et Paulum juvenem aule dom^{i} ·· regis Ungarie magistro Johanni de Amelio, Forojuliensis, et Petro de Pereto Vindocinensi, Carnotensis ecclesiarum archidiaconis. — 1700. Item, aliam bullam directam dictis archidiaconis, in qua datur eis potestas recipiendi dictum depositum et quittandi dictos priorem et conventum. — 1701. Item, al. bullam per quam dominus noster papa mandat dictis archidiaconis, quod dict. quantitatem XXX^{m} ducatorum tradant et assignent dom^{o} Leuczoni de Lemps, priori Sancti Donati, decretorum doctori, et Rodulpho de Chissiaco, canonico Lausannensi, procuratoribus seu nunciis dom^{i} ·· dalphini a dicto dom. archiepiscopo,

1. Guy ALLARD, *Documents mss.*, t. IV, f° 278, papier du temps.

[redacted]

locumtenente ipsius dom. dalphini, deputatis. — 1702. Item, al. bullam directam universis patriarchis, episcopis, comitibus, baronibus et aliis, de securo conductu prestando prefatis dñis priori Sancti Donati et Rodulpho de Chissiaco.

1703. Item, tres litteras patentes sigillatas sigillo dicti dom. vice comitis Bellifortis: unam videl. in qua continetur quod dictus dom. vice comes fecit et constituit procuratores suos suprascriptos dños Johannem de Amelio et Poncium de Pereto, archidiaconos, ad recipiendum a fratribus Maurino priore, Alberto de Vincencia, Gotfredino Mantuano et Nicolao de Cavarigo, conventus ordinis Predicatorum de Veneciis, XX^m florenor. auri de Ungaria, depositos penes eos, per supra dict. dom. Gregorium episcopum tunc electum Cenadiensem et Paulum juvenem aule dom' regis Ungarie. — 1704. Item, al. litteram per quam ipse dom. vice comes mandat prenominatis fratribus Maurino, Alberto, Gotfredino et Nicolao quod dicta XX^m floren. tradant et deliberent prenominatis dñis Johanni et Poncio archidiaconis. — 1705. Item, al. litteram per quam ipse dom. vice comes mandat dictis dñis Johanni et Poncio archidiaconis quod predicta XX^m floren. tradant suprascriptis dñis priori Sancti Donati et Rodulpho de Chissiaco.

RECOGNICIONES COMITIS FORESII FACTE DOMINO NOSTRO DALPHINO.

Reg. *Plura registra licterarum de tempore d. Humberti dalph. recept. per Guig. Frumenti*, f° 77 : n°s 109, 289, 372, 233, 319, 181, 243, 295, 290, 1124.

EXTRACTA PRO PARTE DALPHINALI CONTRA DOM. COMITEM VALENTINENSEM FACTA PRO FEUDO ARNAUDI DE LA FAURA, de quo feudo contenditur [1].

1706. Primo, anno Domini M°II^cLXVI, Arnaudus Guallini de Rochichinart accepit in feudum liberum a dom° G(uigone) dalphino Viennensi quidquid habebat in toto castro de Bello Respectu et mandamento ejusdem, recognoscendo quod in sumitate vel syma castri

1. Reg. *Plures informationes et scripture Viennensis et Valentin.* (B. 296), f° xxxvij.

[redacted]

predicti nichil habet; accipit enim in feudum quidquid habet in mandamento ejusdem, sive sint homines, prata, pascua, nemora, justicie, etc.

1707. Item, M°II^{c}XC°IIII°, dom. Houstachius de Houstaduno, canonicus Romanis, de concessu et voluntate expressis Hugonis de Houstaduno, fratris sui presentis, recognovit dom° Humberto dalphino Viennensi quidquid habet, tenet et possidet et sui predecessores habuerunt in mandamento et districtu Belliregardi de feudo et senoria dom^{i} nostri dalphini, hiis condicionibus, modis et formis quibus Guillelmetus de Belloregardo tenet id quod habet in castro predicto et ejus districtu, pro quo feudo fidelitatis prestitit juramentum.

1708. Item, dom. Gontardus qui fuit filius dom^{i} Geyllini, prior Sancti Jo(hannis) in Royanis, Guigo Rostagni, Arnaudus Gayllini, Lambertus de Outuon, Humbertus Pillossi, Guillelmus de Beregart dominus deposuerunt interrogati per eorum juramenta, quod domini de Royanis quidquid habent in Royanis, in castris vel in mandamentis in Royans, sive sit in motanis de Roysier sive aliis montanis vel in plano ubicumque sit, totum tenent et habent a dom° comite Viennensi et viderunt teneri tempore patris eorum : reperitur hoc in thesauro domini.

1709. Item in registris et recognicionibus antiquis jurium domini nostri dalphini, comitis Albonis et Vienne, reperiuntur recogniciones ut sequitur : dom. Lambertus de Housteuno est homo ligius comitis et tenet de eo quartam partem dominii castri de Hosteduno reddibile et tenet de eo quidquid habet in castro et mandamento, et debet placitum ad misericordiam ita quod ex quo semel fecerit placitum, licet dominus multocies mutetur, non debet facere amplius placitum quamdiu vixerit et quamdiu vixerit dominus cui fecit placitum; item tenet de comite tam ipse quam alii castri supradicti quidquid habent in Royanis a rivo qui dicitur Borna usque ad Flandines et similiter illud quod habent apud Balmam, et quod ipsi parerii sui debent sequi comitem in cavalgatis suis cum expensis eorum; item quod comes debet habere quartam partem in omnibus que continentur a Rivo Sico usque ad Bornam, et totum illud quod domini de Royanis habebant infra dict. terminos est de feudo comitis. — Lantelmus Martinus confessus est et recognovit idem per omnia quod dom. La(m)bertus et eodem modo. — Dom. Chabertus Chanavas, tercius parerius castri de Hosteduno,

[redacted]

confessus fuit et recognovit idem per omnia et eodem modo quod dom. Labertus.

1710. Item, anno Dñi M^{o}III^{C}XXVII, die XVI mensis novembris, nobilis Johannes de Podio, filius dom^i Eynerii de Podio militis, vendidit et permutavit, cessit et concessit ac tradidit vel quasi ill^i dom. Guigoni dalphino Viennensi, pro se et ejus successoribus stipulanti et recipienti, omnia univ. et sing. jura, actiones utiles et directas, etc.

INVENTARIUM
INSTROMENTORUM ET LICTERARUM CASTELLANIARUM
ALAVARDI, AVALONIS ET MORESTELLI IN GRAYSIVODANO.

—

CASTELLANIE ALAVARDI.

Die quinta febroarii, anno Nativitatis Domini M^{o}CCCIIII^{xx}IX, fuit incohatum presens inventarium per Johannem de Marolio et Andricum Garini, auditores, Stephanum Chalveroni et Aubertum Fabri, clericos dalphinalium computorum, de litteris et instrumentis repertis in camera dalphinalium computorum castellanie Alavardi ejusque ressortus.

Reg. original in-4° en papier, f^o j, n° 767; v^o, 776, 881; — ij, 882; — iij v^o, 926, 628; — iiij, 518; v^o, 625, 818; — vj, 516, 584, 853; v^o, 692; — vij, 844; v^o, 780; — viij, 819; v^o, 671, 1711; — xj, 880; v^o, 977; — xij v^o, 809; — xiij, 976; v^o, 602.

1711. Item, quod. instrumentum receptum per Johannem de Sancto Denisio notarium et grossatum per Guillelmum Jomari not. publ. ex comissione sibi facta per dom. Guigonem de Amaysino, judicem majorem Dalphinatus, sub anno Incarn. Dñi M^{o}CCCVII^o, continens quod Johannes de Alto Vilari dom^o Johanni dalphino homagium ligium et fidelitatem ligiam (fecit) sub forma a nobilibus consueta..; et ibidem et incontinenti.. Petrus Bigoti pro se et suis fecit homagium et modo et forma quo facere tenetur dom^o dalphino.

CASTELLANIE AVALONIS.

F^o xiiij, 756, 684; v^o, 604, 649, 855; — xv, 682, 703; v^o, 611, 1712, 717; — xvj, 671, 814; v^o, 1713; — xvij v^o, 513, 1714; — xviij, 1715, 1716; v^o, 1717, 1718; — xix, 1719, 1720.

1712. Item, instrumentum receptum per Guig. Frumenti notarium, sub anno Nativit. Dñi M^{o}CCCXXXIIII, indic. II^a, die XI^a men-



sis januarii, continens quod Guillelmus de Champiogeres pro se, heredibus et successoribus suis fecit homagium ligium de persona dom° dalphino Viennensi... salvis aliis dominis suis quos nunc habet.

1713. Item, quod. publ. instrumentum sub anno Incarn. Dñi M°CCCVII°, indic. v^a^, die xx^a^ IIII^a^ mensis aprilis, receptum per Johannem de Sancto Denisio notarium.., continens quod Anthonius Guersi, Guillelmus de Chavanna, Hugo Guersi, Guillelmetus Guersi, Berthonus Guersi, Lantelmus Cardurelli, Odo Guersi, Andreas Philacef, Johannes et Albertus de Coardo, Johannes de Ega, Guiffredus de Clarfay, Soffredus Gunardi et Humbertus de Clarfail confessi fuerunt et recognoverunt per juramenta ab eisdem super sancta Dei Euvangelia corporaliter prestita se esse et velle ac debere esse homines ligios ill^is^ principis dom^i^ Johannis dalphini Viennensis et Albonis comitis dominique de Turre, et homagium ligium et fidelitatem fecerunt sub forma a nobilibus consueta.

1714. Item, quod. instrumentum sub anno Dñi M°CCCXX°V°, indic. VIII^a^, die xxv mensis januarii receptum per Johannem de Placoa notarium, continens concordiam et transationem factas inter dom. Draconem rectorem domus seu grangie de Breyda, ordinis Stamedei, ex una parte et Johannem et Guigonem Barralis, dalphinali nomine et ut castellanos Avalonis, ex altera super quadam grangia et rebus que fuerunt de Gorie Cordoris, designatis in dicto instr^to^ existentibus in mandamento Avalonis, et in quo instrum. continetur recognicio facta de grangia et rebus suprascriptis.

1715. Item, quod. instrumentum sub anno Dñi M°CC octuag° VII° et IIII° kalend. maii, receptum per Guigonem de Avalone et grossatum per Guig. Vibaysii notarium, continens quod Guillelmus de Itracueres, castellanus de Avalone, albergavit Guillelmo de Bardoneschia duo jornalia terre sub censu I sestarii frumenti et v solid. bone monete de placito.

1716. Item, quod. instrumentum sub anno Dñi M°CCCXXXII°, die x^a^ mensis augusti receptum per Petrum de Avalone notarium.., continens quod ad instanciam et requisitionem Johannis de Coardo... Guillelmus Maseti... recognovit se et suos heredes.. tenere debere in emphyteosim a dict. fratribus et suis res infrascript.., pro quibus se debere IIII solid. bonor. Vien. de servicio census et XVIII denar. de placito quando contingit.

1717. Item, quod. instrumentum (rec.) per Guig. Villaysii notar.

[redacted]

et grossatum per Guig. Vilaysii sub anno Dñi M°CC(IIII^xx) VII, die XII maii, continens quod ad instantiam et requisicionem Johannis de Coardo, pro se et fratribus suis.., confessus fuit et recognovit Guigo de Oysencio, prior prioratus domus Vilarii Benedicti, nomine dicte domus se tenere et velle tenere in albergamentum ab ipsis fratribus primo medietatem omnium taschiarum de manso Roberti ubicumque sint et plura alia in dicto instr^to designata.

1718. Item, al. instrumentum sub anno Dñi M°CCLX°V°, v° idus aprilis, continens quod Bosonetus de Cohardo et Johannes Gauterii, maritus Raynaude de Crollis, albergavit domno Johanni Richardi, conreario domus Vilarii Benedicti, tales taschias quas dicta domus tenebat ab ipsis de manso Roberti... in una pecia terre continente circa VI jornalia, et plura alia...

1719. Item, quod. instrumentum sub anno Dñi M°CC XC°III°, die IIII^a decembris, grossatum per Rodulphum de Valle de prothocollis Aymonis Juvenis notarii, continens quod dom^a Guigona domina Sancti Petri de Alavardo, uxor viri nobilis Stephani Cayra, de consensu et voluntate dicti Stephani mariti sui, et idem Stephanus miles... retinuerunt Guillelmum Guers de Avalone, stipulantem nomine suo et Anthonie filie condam dom^i Johannis de Alto Vilari militis, uxoris dicti Guillelmi,.. de talibus juribus, feudis, actionibus, petitionibus, seignoriis et hominibus que vel quas habebat seu visus erat habere dom. Johannes de Alta Villa condam miles in valle de Alavardo..., pro XXX solid. de placito solvendis et pro uno homagio, excepto homagio dom^i dalphini.

1720. Item, quod. instrumentum sub anno Nativit. Dñi M°CCCXI, XV kalend. julii, signatum per Lantelmum Guenisii de Alavardo, continens quod ad instanciam et requisitionem Stephani Arthoudi de Rupecula, stipulantis.. ad opus sui et Anthonie filie condam bo. me. dom^i Johannis de Altavila uxorisque dicti Stephani.., dom. Villelmus dominus castri Sancti Petri ac condominus vallis Alavardi... retinuit et.. investivit de omn. bonis, rebus ac juribus, censibus, serviciis et placitis.. que et quas eadem Anthonia percipit.. occasione patrui sui ..in tota valle Alavardi, videl. a rivo dicto de Bay citra.., ad hoc quod.. teneretur solvere in perpetuum XXX solid. bone monete et veteris seu antique... de placito in mutatione domini et vassalli.

[redacted]

CASTELLANIE MORESTELLI IN GRAYSSIVODANO.

F° 21, 591, 193, 519 ; v°, 715, 887, 1721 ; — 22, 714, 659, 1722 ; v°, 559, 690 ; — 23, 790, 754, 1723.

1721. Item, quod. instrumentum sub anno Incarnac. M°CCCXIIII°, indic. xiiª, die lune ante festum b^{e} Marie Magdelenes, receptum per Johannem de Sancto Dyonisio notar., continens quod Hugo Chapelli domicellus de Morestello, alias dictus le Vitos, fecit homagium ligium et fidelitatem ligiam dom° Johanni dalphino Viennensi et Albonis comiti dominoque de Turre... sub forma a nobilibus consueta.

1722. Item, quod. instrumentum sub anno Dñi M°CCCXXXIIII, indic. iiª, die viiiª mensis januarii, receptum per Humb. Pilati notar., continens quod Petrus Argoudi et Lantelmus Argoudi confessi fuerunt in presencia ill^{is} principis dom. Humberti dalphini Viennen... se teneri in medietate duarum parcium cujusd. homagii ligii pro feudo quod tenent ab ipso; item dict. Petrus confessus fuit se debere homagium ligium dicto d. dalphino ratione emptionis facte per dict. d. dalphinum a dom° Villeno domino de Bellosimili... : et fuit prefixum terminum festi Pasche... ad recognoscendum.., sub pena amissionis eorum que tenent.

1723. Item, qued. lictera ab ill^{i} principe dom. Johanne dalphini emanata et ejus sigillo sigillata, data die xxvii mensis octobris, anno Dñi M°CCCXVI°, continens quod idem dom. dalphinus Petro Fabri de Romanis, appothecario, civi Gracionopolis, dedit et concessit mistraliam castri et castellanie Morestelli et Goncelini, cum juribus, emolumetis et pertineciis ejusdem. Cui lictere sunt annexe plures lictere a dñis dalphinis successoribus ejusdem emanate et in quibus continetur quod idem P. Fabri dict. mistraliam transtulit in personam Heustachoni Pinelli et in heredes et successores ejusdem.

BUXERIE.

Anno Domini M°CCC°XC°V° et die xiª mensis maii, fuit inchoatum presens inventarium per Andricum Garini, Johannem de Marolio, auditores, Stephanum Chalvetonis et Aubertum Fabri, clericos dalphinalium computorum, de instrumentis et litteris facientibus pro castellania Buxerie.

Guy Allard, *Documents mss.*, t. IV, f° 19 : n° 499 ; — f° 20 : 587, 623, 908 ; — f° 21 : 537, 650, 848 ; v° : 716, 634 ; — f° 22 : 570 ; — f° 23 : 968 ; v° : 920 ; — f° 24 v° : 1724 ; — f° 25 : 1725, 207 ; v° : 899, 745 ; — f° 26 : 551, 815 ; v° : 1726, 675 ; — f° 27 : 641 ; v° : 525, 506 ;

[redacted]

kalend. augusti, domª B(eatrix) Viennensis et Albonis comitissa et domina Fucigniaci et dom. Johannes dalphinus laudaverunt et approbaverunt, salvo tamen in omnibus juribus, dominiis et segnoriis dicti dom. dalphini et jure Agnectis de Villariis, uxoris Aynardi de Turre domini Vinayci, et jure in omnibus alieno, quand. donacionem factam per dict. Aynardum Henrico filio primogenito suo, emancippato legitime ab eodem in presencia dict. dd. dalphine et dalphini, medietatis Turris Pini, item de castro et feudo Vinayci, de castro Armeivi, it. de castro de Vatilleu, cum eorum juribus et pertinenciis, it. de feudo cum juribus et pertinenciis suis quod tenet Guillelmus de Sancto Regergio in castro quod dicitur Nerpo, it. de medie(tate) feudi de Murinay quod tenet G. de Merinnay : que omnia lacius declarantur in qd. publ. instrumento recepto per Mich. Ranulphi, instrᵒ confirmacionis anno et die predict.

1738. It. qd. instrumentum receptum per Johannem Morreti MᵒCCCᵒXLVI, die IIIIª decembris, continens quand. quittationem concessam domᵒ Aynardo domino Vignayci nomine Johannis de Crista.

1739-*a*. It. duo instrumenta in una pelle simul scripta pargameni, sub anno Incarn. Dñice MᵒCCCᵒVᵒ, super donacione XX librar. currencium donatarum per dom. episcopum Viennensem (Vivariensem?) et capitulum suum nobili viro dom. Bertrando de Turre (canonico) Vivariensi, percipiendarum anno quolibet ; et aliud instrum. continet ratifficationem factam per dict. capitulum Vivariense.

1740. It. qd. instrumentum lasseratum in parte, sub anno MᵒCCCᵒ XXXᵒIIIIᵒ, continens inventarium factum per Guillelmum, Johannem et Petrum Goyne fratres, heredes Andree Goyne de Sancto Anthonio, de bonis dotalibus Illiane matris eorumdem quondam.

1741. It. qd. instrumentum sumptum manu Nycolay Chalveyronis notarii, sub anno MᵒCCCᵒXXII et die XXª IIIIª mensis februarii, continens limitationem factam super facto de Mayniis inter dom. Henricum de Turre, dominum Vinayci, et Hugonetum de Turre ejus filium ex parte una, et Oduberturn de Castro Novo, dominum dicti loci. — 1742. Item allegaciones super dicto debato facte pro parte dicti domini Vignayci simul ligatas cum dicto instrᵗᵒ. — 1743. It. qd. lictere domˡ Humberti dalphini, date MᵒCCCᵒXLV, annexe aliis licteris predict., continentes confirmacionem dict. licterarum, nisi tamen incontrarium per ipsum aut predecessores suos pacta vel convenciones

[redacted]

facte fuerint vel inhite. — 1744. It. vidimus ipsarum licterarum.

1745. It. copia quarund. licterarum dom^{i} Humberti dalphini datarum die x^{a} vi^{a} aprilis M°CCC°XLI, per quas concessit domino Vignayci ut iter antiquum inferius situatum, per Hospitale protendens a domo Bone Femine Alegreri usque ad vadum de Teychia, possit mutari per locum superiorem per burgenses dicti castri Vignayci suum, et per inibi transsitum dicti itineris et itineracionem assignare et fieri facere per quoscumque itinerantes, quamdiu ipsi dom. dalphino placuerit et fuerit voluntatis : ita quod nemo, exceptis famulis ipsius dom. dalphini, per dict. iter antiquum sit ausus transire.

1746. It. qd. lictera imperatoris super facto pedagii Vignayci.

1747. It. qd. scriptura in pargameno scripta super usagiis que predicti dominus Alte Rippe apud Mayns.

1748. It. qd. inquisicio facta super juribus de Yserone.

1749. It. qd. instrumentum continens recognicionem feudi factam per fratrem Anthonium de Castro Novo, dominum de Vatilleriis, de toto feudo quod emit sito apud Columberium.

1750. It. qd. rotulum computi castellani Retondi Montis, de anno M°CCC°XXXVIII, in pergameno scriptum.

1751. Primo recogniciones dom^{i} Aymoni de Lay censuum quos habet in mandamento Vignaci.

1752. It. qd. allegaciones super facto armorum.

1753. It. qd. instrumentum super dotalicio dom^{e} Aymarone de Turnone.

1754. It. qd. lictera facta M°CC°XXXV°, super transactione facta inter B(erlionem) de Turre ex una parte et A(ymarum) Sancti Georgii ex altera, super domanorio domorum de Vignay et de Nerpo ac castri Armeui.

1755. It. qd. instrumentum cujusd. sentencie late per dominum Vignayci, in quo est qd. alia sentencia.

1756. It. instrumentum concordie illorum de Mornas et domini Vignayci.

1757. It. qd. instrumentum receptum per Girardum Marthini M°CCC°XXXIIII, die 1^{a} aprilis, continens quod castellanus Capriliarum posuit ad manus dom^{i} dalphini in custodiam ad salvagardiam castrum, villam ac totum mandamentum (cum) pertinenciis (et) appendenciis de Vignayco, et super turrim dicti castri posuit penocellum dicti d. dalphini, virtute quarumd. litterarum dom^{i} nostri dalphini in ipso inst^{to} descriptarum.

[redacted]

1758. It. qd. testamentum Jacellini de Turre, vicarii de Romanis.

1759. It. qd. instrumentum in quo Aynardus de Turre emancipavit Henricum ejus filium.

1760. It. qd. lictera tribus sigillis sigillata, facta M°CC°LX, mense junii, continens quod Aynardus de Turre domicellus accepit in feudum a nobili viro Alberto domino de Turre quicquid habebat et possidebat in castro Turris Pini et in mandamento ipsius, et quicquid juris racione dominii habiturus erat imposterum in predictis et inde fecit homagium, excepta fidelitate dom[i] dalphini, et pro predictis dict. dominus de Turre dedit eidem III[m] et V[c] solid. Viennen.; et declaratur etiam in dicta lictera quod dictus dom. Aynardus habet medietatem dominii in castro Turris et in villa et in mandamento ipsius, excepta domo ipsius domini de Turre et poypia et pedis quas idem dominus de Turre ibidem aquisivit et exceptis gardis ipsius domini de Turre et custodiis quas habet in mandamento et villa Turris proprias.

1761. It. qd. littera sigillata sigillo dom[i] dalphini, continens vidimus cujusd. alt. littere que continet quand. pacem pronunciatam inter dom. Berlionem de Turre et Odobertum dominum Castrinovi et quosd. alios de pluribus in ea contentis.

1762. It. qd. littera sigillata sigillo nobilis Berlionis de Turre, data M°CCXLIIII, continens quod dict. Berlio villam quand. quam habebat in mandamento de Turre, que vulgo vocatur Quinsonas, cum juribus suis donavit Jacermo de Turre, vicario Romanis, fratri suo et declaratur lacius in ipsis licteris et ad vitam ipsius.

1763. It. qd. lictera continens quod Chabertus de Mirinaysio fuit datus curator dom[o] Aynardo domino Vignayci.

1764. It. qd. lictera IIII[or] sigillis sigillata, continens quand. transactionem factam super nonnullis ibidem declaratis inter dominum Vignayci et dominum Castri Novi protunc, in qua declarantur limitaciones terrarum ipsorum dominorum, data M°CCXC°III°.

1765. It. qd. littera duobus sigillis sigillata, data MCCXXXVIII, in qua Poncius de Chavagnis miles accepit in feudum a Berlione de Turre domum suam et domin(i)um quod in castro mandamenti de Dognay habet et inde fecit homagium ligium, salva fidelitate illius domini cujus melius debet esse.

1766. It. qd. littera VI sigillis sigillata, data M°CC°XXXIII, continens quod Odobertus de Castro Novo recognovit tenere a Berliono de Turre castrum de Armeuo et idem fecit homagium et fidelitatem

[redacted]

eidem, salva fidelitate domi dalphini et sub placito IIIc solid. Viennen. in mutacione domini et possessoris.

1767. It. qd. littera v sigillis sigillata, data M°CC°XC°III°, continens limitaciones terrarum domini Vignayci et de Castro Novo.

1768. It. qd. instrumentum grossatum per Durandum Corderii, continens quamd. transactionem habitam inter Poncium dominum Alterippe et dominum Castri Novi, super facto de Nerpo et quorumd. aliorum locorum,

1769. It. qd. instrumentum continens emancipationem factam per dom. Aynardum dominum Vignayci Henrico filio suo.

1770. It. qd. instrumentum receptum per Phil. de Sancto Johanne M°CC°XC°VII°, continens quod dominus Castri Novi recognovit tenere a domino de Vignayco et de dominio suo Vatilliacum et totam parrochiam dicti loci, cum suis pertinentiis, in feudum rendablo et sub placito xxv librar. Viennen. ad mutacionem domini vel vassalli, et inde fidem sibi prestitit.

1771. It. qd. testamentum nobilis Armanne Chamite, relicte Guillermi Guinan. — 1772. It. qd. testamentum dome Margarone de Rossillione, domine Viri Ville.

1773. It. donacio facta per Aynardum de Turre, dominum de Vignayco, Henrico filio suo de certis castris ibidem declaratis coram judice Avignionis.

1774. It. qd. emancipacionem factam coram judice majore Dalphinatus in Viennesio, MCCCXIIII, per Guillelmum condominum de Ylino Hunberto ejus filio, in qua dedit eidem illa que habe(b)at in castro et mandamento de Ylino, et partem quam habet in castro et mandamento de Suyriaco, et castrum suum de Costis d'Arey.

1775. It. constitucio dotis Beatrici de Baucio, uxoris Henrici de Turre. — 1776. It. donacio facta per Aynardum de Turre Henrico filio suo de certis castris.

1777. It vidimus... M·CCC·LIX, d(i)e XaIIIa mensis julii,.. quarumd. licterarum imperialium datarum Metis M·CCC·L·VII·, continencium quod dom. imperator, actentis gratis serviciis sibi impensis per Aynardum de Turre dominum Vignayci, eidem et suis heredibus et successoribus dominis Vignayci de speciali gracia concessit facultatem theoloneum seu pedagium imponendi, levandi et recipiendi in villa vel territorio dicti castri Vignaci ubi ipsos melius videbitur expedire, videl. ut a quolibet animali grosso onerato, vid. equo vel equa, mulo vel mula, VI denar., ab animali ac asino vel asina oneratis IIII den., ab animali vero vacuo et non onerato cum basto seu clitella II den.

